

## Insecta Transvaaliensia. — Bidrag till Transvaalska Republikens i Södra Afrika Insektfauna.

Af H. D. J. WALLENGREN.

[Meddeladt den 13 Januari 1875].

Landtmätare N. PERSON, som några år vistats i Transvaalska Republiken, har derstädes samlat en mängd insekter af alla ordningar, hvilka han skänkt till Museet i Malmö. Samlingen kompletterar i flera hänseenden vår kännedom om S. Afrikas insektfauna. Alla nedan uppräknade insekter äro, då icke annorlunda anmärkes, samlade i södra delen af Transvaalska Republiken omkring 27° s. b. Närvarande förteckning upptager endast Lepidoptera, Neuroptera och Hemiptera, men arterna af de öfriga ordningarne skola framdeles blifva serskilt specificerade.

### I. LEPIDOPTERA.

#### Fam. Danaidæ.

1. *Danaïs chrysippus* LIN. S. N. 1. 2. 767. WALLENGR. Rhop. Caffr. 49. 22. TRIM. Rhop. Afr. 88. KIRBY Cat. 6. Sat vulgaris mense Maji.

#### Fam. Satyridæ.

2. *Pseudonympha narycia* WALLENGR. Rhop. Caffr. 32. TRIM. Trans. Ent. Soc. 1870. 350. t. 6. f. 1. KIRBY Cat. 57. Mense Januarii in locis montosis. Ob affinitatem sequentis diagnosis est mutanda:

»P. alis utrinque fusco-brunneis, anticis utrinque macula transversa fulva, angulum posteriorem cellulæ discoidalis saltem tegente, ocelloque magno cæruleo-albido-bipupillato; posticis supra coecis, infra ocellis 5—6, quorum antico majore; omnibus infra linea transversa posteriore fuscescente notatis. Long. al. exp. circit. 40 millim.»

Variat interdum ocellis tantum 4 in parte inferiore alarum posticarum, ocello tertio plane deficiente, ocelloque anali rarissime bipupillato. Variat etiam linea transversa obsoleta fuscescente ante seriem ocellorum in parte eadem alarum posticarum. Alæ posticæ supra semper cæcæ.

3. *Pseudonympha neita* n. sp. alis utrinque fusco-brunneis, anticis utrinque macula transversa fulva extracellulari, ocelloque magno coeruleo-albido-bipupillato; posticis supra ocellis 2, obsolete pupillatis, infra ocellis 4, quorum antico intervallo longo distante et anali bipupillato: omnibus infra absque linea transversa posteriore. ♂♀. Long. al. exp. circit. 48 millim.

*Erebia narycia* TRIM. Rhop. Afr. 198.

Var. alis posticis supra maculis 2 fulvis loco ocellorum. ♀.

Hab. mense Februarii in campis, a Potschefstrom meridiem versus sitis, haud infrequens.

*Descr.* Speciei præcedenti valde affinis, sed major et in multis diversa. Color alarum in parte superiore fere obscurior et macula fulva alarum anticarum minor, plane extracellularis, nec angulum posteriorem cellulæ discoidalis obtegens. Alæ posticæ supra ocellis 2 sat magnis nigris, fulvo-circumcinctis, inter ramulum styloideum et subulnarem sitis, ornate. Ocelli illi fere sunt cæci, tantum puncto obsolete albo notati. Punctum minutissimum nigrum prope angulum analem interdum se præbet. Pars inferior alarum anticarum ut pars superior omnino coloratus, sed alæ posticæ ocellos 4 nigros, albo-pupillatos, fulvo fuscoque circumcinctos infra gerunt. Ocelli illi, inter se fere æquales, eodem modo ac in specie præcedente sunt locati, sed ocellus anticus a reliquis longo intervallo distat, quoniam areolæ inter ramulum subradialem et styloideum ocellis destitutæ sunt. Ocellus analis semper est bipupillatus. Linea transversa fuscescens, quam *P. narycia* pone ocellos alarum posticarum et pone maculam fulvam al. anticarum in parte inferiore gerit, in nostra specie omnino deest, et in ipso margine exteriori ad radicem ciliarum tantum adest linea ordinaria fusca. Lobus basalis al. posticarum infra fulvescens.

Varietas typo simillima, sed maculas 2 fulvas loco ocellorum in parte superiore alarum posticarum et ocellum alarum anticarum minorem gerit.

4. *Pseudonympha hippia* CRAM. t. 222. f. C. D. WALLENGR. Rhop. Caffr. 32. TRIM. Rhop. Afr. 199. Trans. E. S. 1870. 350. KIRBY Cat. 57. Mense Martii.

#### Fam. Biblidæ.

5. *Hypanis illithyia* DRURY. Ins. 2. t. 17. f. 1. 2. CRAM. t. 213. f. A. B. t. 214. f. C. D. WALLENGR. Rhop. Caffr. 29. TRIM. Rhop. Afr. 214. Forma typica sat vulgaris.

Fam. *Acræidæ*.

6. *Acræa neobule* DOUBL. Gen. Diurn. Lep. t. 19. f. 3. GUERIN-MENEVILLE Voy. en Abyss. 378. REICHE Voy. en Abyss. 466. t. 33. f. 34. TRIM. Trans. E. S. 1870. 345. WALLENGR. Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1872. 49. Mense Martii haud infrequens.
7. *Acræa rahira* BOISD. Fn. de Madag. p. 33. t. 5. f. 4. 5. WALLENGR. Rhop. Caffr. 21. TRIM. Rhop. Afr. 103. Mense Martii.
8. *Acræa hypatia* DRURY. N. H. 3. t. 13. f. 1. 2. BOISD. Voy. de Deleg. 590. GOD. E. M. IX. 232. TRIM. Rhop. Afr. 97. Specimen unicum.
9. *Acræa lycia* FABR. E. S. 464. 94. GOD. E. M. IX. 239. WALLENGR. Rhop. Caffr. 22. TRIM. Rhop. Afr. 102. KIRBY Cat. 131. *Acr. Sganzini* BOISD. Fn. de Madag. t. 6. f. 6. 7. Voy. de Deleg. 590. Specimen unicum ad var. *A. Sganzini* pertinens.

Fam. *Nymphalidæ*.

10. *Atella eurytis* DOUBL. Gen. Diurn. Lep. t. 22. f. 3. *A. phalantia* GOD. E. M. IX. 259. WALLENGR. Rhop. Caffr. 23. TRIM. Rhop. Afr. 115. Trans. E. S. 1870. 351. (non vero *A. phalantia* DRURY). Forma africana a forma asiatica sat diversa et minime varietas hujus.
11. *Protogonimorpha anacardii* LIN. S. N. I. 2. 758. WALLENGR. Rhop. Caffr. 24. *Cynthia anacardii* BOISD. Voy. de Deleg. 591. *Junonia anacardii* TRIM. Rhop. Afr. 141 (exclus. syn. FABR.) *Vanessa aglatonice* GOD. E. M. IX. 299. *Salamis anacardii* KIRBY Cat. 192. Specimen unicum.
12. *Salamis cloantha* CRAM. t. 338. f. A. B. WALLENGR. Rhop. Caffr. 24. *Junonia cloantha* TRIM. Rhop. Afr. 137. Trans. E. S. 1870. 356. Mense Decembris ad Schoman's Farm prope Vaale (Gariép).
13. *Salamis archesia* CRAM. t. 219. f. D. E. WALLENGR. Rhop. Caffr. 25. *Junonia archesia* TRIM. Rhop. Afr. 133. Mense Aprilis specimen unicum.
14. *Salamis amestris* DRURY. Ins. 3. t. 20. f. 3. WALLENGR. Rhop. Caffr. 26. *Junonia amestris* TRIM. Rhop. Afr. 132. *Pap. zingha* FABR. E. S. 3. 1. 117. Specimen unicum.
15. *Salamis pelasgis* GOD. E. M. IX. 820. WALLENGR. Rhop. Caffr. 25. *Junonia pelasgis* TRIM. Rhop. Afr. 135. Ad Vaalkoptown mense Januarii.
16. *Pyrameis cardui* LIN. S. N. 2. 774. WALLENGR. Rhop. Scand 119. Rhop. Caffr. 24. TRIM. Rhop. Afr. 119. Mense Maji.

17. *Junonia orithyia* LIN. S. N. 2. 770. WALLENGR. Rhop. Caffr. 27. TRIM. Rhop. Afr. 327. Rarius occurrit, ut videtur.
18. *Junonia clelia* CRAM. t. 21. f. E. F. BOISD. Voy. de Deleg. 592. TRIM. Rhop. Afr. 128. *Pap. oenone* LIN. Mus. L. Ulr. 274. ex parte. Mense Martii.
19. *Junonia cebrene* TRIM. Trans. E. S. 1870. 353. *Vanessa oenone* GOD. E. M. IX. 318. BOISD. Voy. de Deleg. 592. TRIM. Rhop. Afr. 125. WALLENGR. Rhop. Caffr. 27. Mense Maji sat vulgaris. Dom. TRIMEN differentiam hujus speciei a *J. oenone* AUCT. l. c. bene exposuit. Descriptionem ejus sequenti augere velimus: alæ posticæ infra, ut etiam apex alarum anticarum, sæpe grisescente canæ signaturis obscurioribus obsoletissimis; absque punctis atris inter ocellos alarum anticarum.
20. *Hypolimnas misippus* LIN. S. N. 2. 767. Mus. L. Ulr. 264. *Pap. diocippus* CRAM. t. 28. f. B. C. *Pap. bolina* DRURY. Ill. Ex. Ent. t. 14. f. 1 2. (nec LIN.) CRAM. t. 65. f. E. F. *Nymphalis bolina* GOD. E. M. IX. 396 (nec LIN.) TRIM. Rhop. Afr. 153 (nec LIN.). Mense Februarii ad Potschefstrom rarius.
21. *Charaxes jahluca* TRIM. Rhop. Afr. 177. t. 3. f. 5. KIRBY Cat. 273. Specimen unicum in colle »Grimbehs» mense Januarii captum. Species etiam ad »Tronkskan» in terra Marabou visa.

#### Fam. Lycenidæ.

22. *Zerythis aranda* WALLENGR. Rhop. Caffr. 43. *Z. mars* TRIM. Trans. E. S. 1862. 285. *Z. pierus* TRIM. Rhop. Afr. 274. var. a. Mense Octobris.
23. *Zerythis molomo* TRIM. Trans. E. S. 1871. t. 6. f. 9. Specimen unicum.
24. *Zerythis taikosama* WALLENGR. Rhop. Caffr. 43. *Z. pierus* TRIM. Rhop. Afr. 274. var. b. Mense Septembris.
25. *Arrugia basuta* WALLENGR. Rhop. Caffr. 46. Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1872. 47. *Z. protumnus* TRIM. Rhop. Afr. 278. var. a. *Z. basuta* TRIM. Trans. E. S. 1871. 377.
26. *Lycæna orus* CRAM. WALLENGR. Rhop. Caffr. 42. Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förhandl. 1872. 47. *Chrysophanus orus* TRIM. Rhop. Afr. 259. Trans. E. S. 1871. 369.

#### Crudaria n. gen.

Antennæ extrorsum sensim crassiores, clavam nullam constituentes. Palpi elongati, porrecti, capite multo longiores, articulo ultimo secundo longitudine fere æquali, sed graciliore, articulo secundo compresso. Oculi nudi. Alæ integræ; margo exterior alarum anticarum subrotundatus, apice subacuto; angulus analis alarum posticarum haud productus. Costæ fere ut in *Zerythi*, sed costa alarum anticarum septima biramosa, vel triramosa, et costa secunda alarum posticarum recta, nec arcuata.



27. *Crudaria leroma* WALLENGR. Rhop. Caffr. 42. *Amblypodia leroma* TRIM. Rhop. Afr. 223. *Zerythis leroma* TRIM. Trans. E. S. 1871. 375. t. 6. f. 10. Specimen unicum.

28. *Thecla lara* LIN. WALLENGR. Rhop. Caffr. 35. *Th. jolaus* CARM. WALLENGR. l. c. 34. *Chrysophanus lara* TRIM. Rhop. Afr. 260. Mense Martii.

29. *Jolaus Trimeni* n. sp. alis bicaudatis, supra cyaneis, margine antico, exteriore apiceque anticarum late nigris, maculis posticarum 2 analibus nigris; omnibus infra albis, posticis linea transversa undulata tenui nigra, linea submarginali tenuissima fulva maculisque 2 analibus fulvis. ♀. Long. al. exp. 42 millim.

Specimen unicum ad Schoman's Farm prope flumen Vaal mense Decembris captum. In cacumine montium occurrit.

*Descr.* Forma fere *J. sidi* TRIM. Rhop. Afr. t. 4. f. 5. Antennæ nigræ, infra albo-annulatæ. Frons alba, per medium fulva. Palpi albi, apice nigro. Pectus cum pedibus album. Thorax supra niger, hinc inde cœruleo-indutus. Abdomen supra nigrum, infra albidum. Alæ supra cyanescente cœruleæ; anticæ ad apicem latissime nigræ, qui color intra medium marginis anticis incipit et deinde usque ad angulum posteriorem alæ transverse se extendit atque in angulo illo sat late desinit; limbus tamen hujus coloris interior non est rectus, sed arcuatus et colore fundi quasi crenulatus; margo anterior al. anticarum usque ad basin tenuæ fuscescens et in ipso margine erga basin fulvescens; alæ posticæ ad basin et marginem anteriorem nigræ, qui color maculam sat magnam rotundatam et condensatam, supra areolam discoidalem fere extensam, in medio marginis anterioris format; margo exterior al. posticarum sat tenue, sed margo interior latius niger; prope angulum analem maculæ duæ nigræ, interior harum oblonga sed exterior rotundata, adsunt; costæ nonnullæ etiam nigræ. Alæ omnes sunt infra albæ, subargenteæ, anticæ absque signaturis, sed posticæ longe pone medium linea tenui transversa, inter costas interrupta et erga angulum analem valde angulata nigra, et pone illam linea altera transversa, adhuc tenuiore, fulva, in macula rotundata fulva inter costas 6—7 desinente, ornatæ; macula altera in angulo anali adest fulva, sed major et postice nigra atque in limbo suo exteriore cærulescens; in margine ipso exteriore al. posticarum linea tenuis nigra se præbet. Cauda al. posticarum interior utrinque alba, per medium nigra, sed cauda exterior nigra apice albo. Cilia al. anticarum supra grisescentia, posticarum utrinque et anticarum infra alba.

30. *Cupido bætica* LIN. WALLENGR. Rhop. Caffr. 36. TRIM. Rhop. Afr. 236. Mense Maji vulgaris.

31. *Cupido telicanus* HERBST. WALLENGR. Rhop. Caffr. 36. TRIM. Rhop. Afr. 238. Mensibus Martii—Maji.

32. *Cupido lingeus* CRAM. WALLENGR. Rhop. Caffr. 37. TRIM. Rhop. Afr. 239.
33. *Cupido emolus* GOD. E. M. IX. 156. 133. TRIM. Rhop. Afr. 234. (non vero eadem species ac *L. sichela* WALLENGR. Rhop. Caffr. 37 ut voluit Dom. TRIMEN). Specimen unicum.
34. *Cupido sybaris* HOPF. WALLENGR. Rhop. Caffr. 37. TRIM. Rhop. Afr. 242. Sat vulgaris.
35. *Cupido hintza* TRIM. Rhop. Afr. 243. *L. rosimon* WALLENGR. Rhop. Caffr. 38 (non vero FABR. et GOD.).
36. *Cupido lysimon* HOFFM. HÜBN. OCHS. GOD. *L. knysna* TRIM. Rhop. Afr. 255. SNELLEN. Tijdsch. v. Ent. Ser. 2. VII. 25. Mense Maji.
37. *Cupido gaika* TRIM. Trans. E. S. Ser. 3. I. 403. *L. lysimon* WALLENGR. Rhop. Caffr. 39 (exclus. syn.) TRIM. Rhop. Afr. 257 (exclus. syn.). Specimen unicum.
38. *Cupido jesous* HOPF. WALLENGR. Rhop. Caffr. 39. TRIM. Rhop. Afr. 250. SNELLEN. Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. 24. *L. gamra* LED. Verhandl. Zool. Bot. 1855. 189. t. 1. f. 3. Mense Maji. Specimina ad »Moberg's Erf» capta reliquis minora.
39. *Cupido asteris* GOD. WALLENGR. Rhop. Caffr. 40. SNELLEN. Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. 18. t. 1. f. 4. 5. *L. celæus* TRIM. Rhop. Afr. 247 (ex parte, non vero CRAM.). Mense Martii.
40. *Cupido parsimon* FABR. S. E. 526. 349. E. S. III. 1. 303. 147. GOD, E. M. IX. 683. *Pap. celæus* CRAM. t. 379. f. K. K. *L. celæus* TRIM. Rhop. Afr. 247 (ex parte). Mense Octobris. Hæc species priori valde est affinis, sed re vera distincta. Oculi ut in illa specie hirti, sed caudis alarum posticarum plane caret. Color maris in parte alarum superiore violaceo-cœruleus, fere ut in *C. arione*, nec argenteo-cœruleus; punctum anale nigrum alarum posticarum iride fulva plane caret. Alæ omnes infra obscure grisescentes, posticæ ad basin plus minus virescentes; macula discoidalis alarum anticarum late triangularis, nec oblonga l. cordiformis et series annulorum alborum exterior multo brevior, annulo posteriore inter costas 1—2 plerumque carens; alarum posticarum signaturæ in parte inferiore, punctis nigris exceptis, obsoletiores, quam in specie præcedente, et series exterior annulorum alborum magis irregularis; signaturæ albæ marginis exterioris alarum omnino obsoletæ, nec crassæ; ocellus analis minutus niger, cœruleo-argenteus minime l. vix fulvo-iridatus; interdum ocellus alter valde minutus in angulo ipso anali observatur. Cilia infra grisescentia, nec albida, supra fusciscentia, nec albida radicibus fusciscentibus; cilia apicis alarum anticarum albida. Alæ feminae supra fuscae.
41. *Cupido jobates* HOPF. Monatsber. d. K. Acad. 1855. 642. TRIM. Rhop. Afr. 245. Oculi nudi. Ad Potschefstrom mense Februarii.



repleta ut in præcedente attamen multo minor; fascia iterum transversa nigra, aureo-repleta, a margine anteriore alarum anticarum usque ad marginem interiorem se extendit, sed antice undalata, nec ut in præcedente recta et ad costam 4:tam desinens; prope marginem exteriorem lineæ adsunt duæ nigrae omnino ut in specie sæpe memorata, sed linea interior multo crassior et antrorsum hinc inde aureo-repleta. Alæ posticæ maculas nonnullas baseos nigras, aureo-repletas ut in præcedente gerunt et extra cellulam fascia transversa nigro-marginata, aureo-repleta, postice in margine anteriore alæ angulatim excurrentes et pone angulum suum tenuè interrupta se præbet, hæc tamen fascia minime, ut in priore recta sed ad finem cellulæ discoidalis bis abrupto-interrupta et pars ejus fracta nonnihil introrsum locata; fascia ejusmodi altera, a margine alæ anteriore usque ad costam 5:tam ducta et ibi cum fascia nuperrime descripta connexa, iterum se præbet, sed ad marginem alæ anteriorem abrupto-interrupta et pars ejus fracta nonnihil extrorsum locata; loco lineæ intramarginalis speciæi præcedentis fascia difformis nigro-marginata, colore fundi repleta, postice aureo-notata et usque in marginem alæ interiorem angulatim extensa; linea altera intramarginalis nigra omnino ut in præcedente. Angulus analis et caudæ omnino ut in præcedente.

#### Fam. Pieridæ.

47. *Pieris hellica* LIN. WALLENGR. Rhop. Caffr. 7. TRIM. Rhop. Afr. 39.
48. *Pinacopteryx mesentina* CRAM. WALLENGR. Rhop. Caffr. 9. TRIM. Rhop. Afr. 35. Mense Aprilis.
49. *Pinacopteryx severina* CRAM. WALLENGR. Rhop. Caffr. 8. TRIM. Rhop. Afr. 32. Mense Aprilis. *P. syriacæ* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. IV. 34 est varietas hujus nec varietas *P. gidicæ* ut in Öfvers. af K. Vet.-Akad. Förhandl. 1872 p. 44. n. 3 lapsò typographico dicitur.
50. *Pinacopteryx eriphia* GOD. WALLENGR. Rhop. Caffr. 10. TRIM. Rhop. Afr. 40.
51. *Callosune evenina* WALLENGR. Rhop. Caffr. 12. TRIM. Rhop. Afr. 322. Trans. E. S. 1871. 380. t. VI. f. 11. ♀. *Callosune deidima* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. 1860. 31. Öfvers. af K. Vet.-Ak. Förhandl. 1872. 44. ♂. Sententia nostra in Öfvers. af K. Vet.-Akad. Förhandl. 1872 dicta. *C. deidaminam* esse marem *C. eveninæ* jam est firmata. Dom. PERSSON sexus ambos die 27 Martii 1870 in copula cæpit. Limbus interior, qui maculam apicalem aurantiacam alarum anticarum a disco disjungit et ex atomis condensatis nigris est formatus, sæpe est apud marem continuus et ad costam secundam cum nigredine marginis exterioris connexus; color baseos in parte

superiore alarum anticarum griseus interdum atomis fuscis sparsis secundum marginem interiorem se extendit et fascia nigra ejusdem marginis in parte inferiore alarum anticarum, quam alæ posticæ obtegunt, in macula nigra inter costas 1—2, sæpissime sat distincta, desinit. Puncto discoidali nigro in alis omnibus omnino caret species.

52. *Callosune gavis* WALLENGR. Rhop. Caffr. 13. TRIM. Rhop. Afr. 324. Mense Aprilis.
53. *Callosune omphale* GOD. WALLENGR. Rhop. Caffr. 11. TRIM. Rhop. Afr. 50. Mense Aprilis.
54. *Callosune eris* KLUG. WALLENGR. Rhop. Caffr. 15. TRIM. Rhop. Afr. 59.
55. *Teracolus subfasciatus* SWAINS. TRIM. Rhop. Afr. 58 & 331. Mensibus Martis et Aprilis.
56. *Callidryas florella* FABR. WALLENGR. Rhop. Caffr. 19. TRIM. Rhop. Afr. 68. Trans. E. S. 1871. 382.
57. *Callidryas rhadia* BOISD. WALLENGR. Rhop. Caffr. 18. TRIM. Rhop. Afr. 69. Feminam præcedentis et marem hujus speciei nondum vidimus, etsi specimina non pauca examinavimus. Sententiæ itaque Dom. TRIMENI C. rhadium esse feminam vulgarem C. florellæ assentiemur.
58. *Colias electra* LIN. WALLENGR. Rhop. Caffr. 19. TRIM. Rhop. Afr. 71 et varietas *palæno* CRAM. t. 340. f. A. B. mensibus Februarii—Maji vulgares. Species minime a *C. edusa* LIN. diversa. Larva ejus, a TRIMEN descripta, haud a larva *C. edusa* discrepat.
59. *Terias brigitta* CRAM. BOISD. TRIM. Rhop. Afr. 80. Sat vulgaris.

#### Fam. Papilionidæ.

60. *Papilio demoleus* LIN. WALLENGR. Rhop. Caffr. 1. TRIM. Rhop. Afr. 17.

#### Fam. Hesperidæ.

61. *Ismene valmaran* WALLENGR. Rhop. Caffr. 48. *I. florestan* var. TRIM. Rhop. Afr. 319. *I. Pisiistratus* TRIM. Trans. E. S. 1871. 390. (vix *Hesp. pisiistratus* FABR.).
62. *Thymelicus lepenula* WALLENGR. Rhop. Caffr. 50. TRIM. Rhop. Afr. 298. Specimen unicum.
63. *Thymelicus malgacha* BOISD. TRIM. Rhop. Afr. 294. (*Hesp. limpozona* WALLENGR. est varietas hujus). Mense Octobris. Ad genus Heteropterum l. Cyclopiden non pertinet species, ut voluerunt D. D. TRIMEN et KIRBY, quoniam pedes postici calcaribus 4 nec 2 sunt præditi.



64. *Thymelicus tsita* TRIM. Trans. E. S. 1871. 386. t. 6. f. 3. Pedes postici hujus speciei etiam calcaribus 4 sunt præditi. Ad »Schoman's Farm» in locis lapidosis mense Decembris.

65. *Thymelicus meninx* TRIM. alis supra nigro-fuscis, *maris* unicoloribus, *feminae* maculis minutis 3 connatis fulvis extra cellulam et prope marginem anteriorem alarum anticarum; infra fuscis maculis trigonis marginis exterioris seriatim flavis, apud *marem* minoribus, maculis 3 flavis alarum anticarum apud *feminam* ut in parte superiore vittisque 2 alarum posticarum albis, apud *feminam* usque in basin continuatis, sed apud *marem* introrsum abruptis. L. al. exp. 22—24 millim.

*Cyclopides meninx* TRIM. Trans. E. S. 1873. 121. t. 1. f. 12.

Hab. in locis uliginosis ad Potschefstrom mensibus Decembris—Februarii sat vulgaris. Haud e gramine se volando tollit.

*Descr.* Species *Th. Lepelletieri* et *Th. syringi* affinissima, sed ab utroque magnitudine minore maculisque marginalibus flavis in parte alarum inferiore mox dignositur. Corpus totum nigro-fuscum pilis flavis intermixtis in palpis, fronte, pectore et femoribus. Antennæ infra albido-annulatæ. Alæ omnes supra nigro-fuscae, *maris* unicolores, sed *feminae* maculis tribus, costis disjunctis, minutissimis in parte inferiore nonnihil majoribus, flavis prope marginem anteriorem alarum anticarum extra cellulam discoidalem ornatae. Alæ posticae apud *feminam* ut in mare unicolores. Alæ omnes infra fuscae, maculis anticarum 5, posticarum 6, trigonis, ad marginem anteriorem uniseriatim flavis, apud *marem* minoribus, interdum punctiformibus, sed apud *feminam* præsertim in alis posticis majoribus notatae. Maculae flavæ alarum anticarum *feminae* extra cellulam interdum sed tantum in parte inferiore apud *marem* obsolete indicatae. Exitus costarum ante maculas illas apud *feminam* obsolete indicatae. Exitus costarum ante maculas illas apud *feminam* semper, sed apud *marem* interdum in margine anteriore alarum anticarum flavus. Alæ posticae infra vittas 2 longitudinales albas gerunt, quarum altera per medium alæ, altera vero inter cellulam discoidalem et marginem alarum anteriorem currit; vittæ illæ apud *feminam* a basi usque in marginem alæ anteriorem se extendunt et ibi in maculis marginalibus desinent, sed apud *marem* vitta exterior tantum a cellula discoidali usque ad marginem alæ anteriorem se extendit et vitta interior neque basin neque marginem attingit. Margo interior alarum posticarum in utroque sexu plus minus albus. Vitta a basi usque ad marginem anteriorem magis tenuis lineolaque abbreviata disci ante vittam albam ut etiam lineolæ duæ inter vittas illas albas supra memoratas flavæ apud *feminam* sæpe observantur, sed apud *marem* hæc signaturæ omnes sæpissime desiderantur; margo anterior alarum posticarum apud *feminam* etiam flavus. Cilia fusca apicibus partis inferioris flavidis. Dom. TRIMEN tantum *marem* descripsit.

66. *Pamphila borbonica* BOISD. TRIM. Rhop. Afr. 303. *Hesp. futuellus* WALLENGR. Rhop. Caffr. 48. In nemoribus mense Martii occurrit.

67. *Pterygospidea djelälæ* WALLENGR. Rhop. Caffr. 54. *Nisoniades djelälæ* TRIM. Rhop. Afr. 311. Ad »Schoman's Farm» mense Martii.
68. *Spilothyrus elma* TRIM. Rhop. Afr. 291.
69. *Syrichthus vindæ* CRAM. t. 353. f. G. H. TRIM. Rhop. Afr. 287.
70. *Syrichthus asteroidia* TRIM. Rhop. Afr. 289. In campis a Potschefstrom meridiem versus sitis, mense Februarii.

Fam. **Sphingidæ.**

71. *Rhamphoschisma trochilus* HÜBN. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 17. WALK. List. VIII. 90.
72. *Chærocampa celerio* LIN. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 18. WALK. List. VIII. 128. Ad Waterberg mense Aprilis.
- Obs. I. *Gnathostypsis ostracina* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 19 est eadem ac *Sph. capensis* LIN. Mus. Ludv. Ulr. 349. WALK. List. VIII. 139.
- Obs. II. *Pergesa thorates* HÜBN. WALK. List. VIII. 151 est eadem ac *Sph. crhoesus* DALM. Analecta Ent. p. 48.

73. *Deilephila Mariæ* n. sp. capite thoraceque olivaceo-viridibus linea laterali alba; marginibus interioribus, scapularum albis; abdomine macula baseos laterali nigra; alis anticis supra olivaceo-viridibus, plaga longitudinali, a basi marginis interioris usque in apicem ducta, pallide flava, in medio latiuscula, antrosum ad costas radiante et ad basin alæ nigro-notata, margineque exteriore griseo; posticis roseis macula maxima baseos, fascia postica nigris margineque exteriore griseo. L. al. exp. 58 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum.

*Descr.* *D. lineatæ* affinis, sed minor et aliter signata, absque costis flavido-albis. Caput cum thorace supra olivaceo-viride fascia alba sat lata laterali marginibusque scapularum albis ut in specie memorata. Abdomen grisescente olivaceum macula baseos sat magna rotundata nigra in utroque latere, signaturis albis ceteroquin carens, sed in specimine nostro admodum læsum; margines segmentorum tantum posticorum ut videtur albidii. Antennæ — — — Palporum apex albus. Alæ anticæ supra olivaceo-virides margine exteriore cinereo plagaque longitudinali pallide flava; hæc plaga ad basin marginis interioris sat late incipit et in apice alæ tenuè desinit; in medio est dilatata et valde arcuata ut color fundamentalis inter eam et colorem griseum marginis exterioris, fasciæ instar, valde est coarctatus atque dehinc sat gracilis; plaga eadem e limbo suo antico radiolos breves flavos ad costas in colorem fundi emittit et ad basin alarum macula nigra, cum colore fundi anticæ cohærente, notatur; truncus costarum communis inferior a basi alæ fere usque ad medium cellulæ discoidalis pallide flavus.

Alæ posticæ roseæ, margine exteriore cinereo, fascia transversa antejacente maculaque baseos magna nigris; fascia illa marginem anteriorem et macula baseos marginem anteriorem non attingunt; angulus analis inter fasciam et maculam albus. Alæ omnes infra pallidiores, flavicantes, marginibus exterioribus discoque anticarum canescentibus.

74. *Sphinx convolvuli* LIN. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 19. WALK. List. VIII. 212. *Sph. abadonna* FABR. Suppl. 56. 57.
75. *Acherontia atropos* LIN. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 19. WALK. List. VIII. 233.
76. *Basiana postica* WALK. List. VIII. 237. Specimen unicum femineum. Alæ anticæ supra griseo-testaceæ lineis transversis plagisque ferrugineis indeterminatis et in colore fundi evanescentibus; margo exterior ferrugineus; macula nigra baseos in margine interiore; alæ posticæ supra fulvæ macula baseos magna subrotundata nigra marginem neque anteriorem nec interiorem attingente, fasciaque postica transversa nigra sat longe intra marginem exteriorem locata, antrorsum maculiformi; margo interior a basi usque in angulum ani late grisescens. Alæ anticæ infra disco fulvo margineque exteriore late sed indeterminate grisescente. Alæ posticæ infra pallide fulvo-flavidæ lineis undulatis obsoletissimis obscurioribus. Linea longitudinalis capitis et thoracis obscure ferruginea, in macula dorsali baseos abdominis ejusdem coloris desinens. Descriptio, a Dom. WALKER data, perbrevis atque manca est, non vero dubitavimus quin species nostra eadem sit.

Obs. *Smerinthus mimosæ* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. 1860. Heteroc. Caffr. 20. *Sm. Grayii* WALK. List. VIII. 249 affinis, haud vero eadem species.

#### Fam. Castniæ.

77. *Eusemia geryon* FAB. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 7. *E. euphemia* WALK. List. I. 50. var. ♂. Specimina e Transvaalia iis sunt simillima, quæ e Caffraria orta, in collectione WAHLBEGI adsunt. Cum descriptione FABRICII omni modo congruunt et ab *E. euphemia* CRAM. constanter discrepant.

#### Fam. Syntomidæ.

78. *Syntomis cerbera* LIN. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 11. WALK. List. I. 121. Ad Potschefstrom mense Februarii vulgaris.
79. *Syntomis molanna* n. sp. antennis maris pectinatis, femina serratis, nigris, apice albo; corpore nigro-fusco, fronte, scapulis, scutello maculisque quadriscariatis abdominis flavis; alis nigro-fuscis, anticis maculis 2 disci maculisque 2 exterioribus, posteriore in duas divisa, albo-hyalinis; posticis macula maxima

albo-hyalina discum marginemque interiorem occupante. L. al. exp. 23—25 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* A genere Syntomide tantum antennis *maris* distincte pectinatis et *feminae* sat longe serratis discrepat species. Costæ, forma pedum et palporum ut etiam numerus calcarium cum genere omnino conveniunt. Corpus totum cum pedibus nigro-fuscum; frons cum scapulis et scutello flava; series dorsalis abdominis, series altera in utroque latere et series denique ventralis macularum apud *marem* flavarum, sed apud *feminam* fulvidarum; series illa lateralis apud *feminam* est sub alis usque in latera pectoris extensa et fere æque lata, sed apud *marem* postice attenuata et in lateribus pectoris macula, a reliquis disjuncta, suppleta. Alæ omnes utrinque nigro-fuscæ; anticæ maculis 4 albo-vitreis ornatae; maculæ harum duæ in disco sunt locatæ, quarum anterior elongata atque triangularis in cellula ipsa discoidali et posterior subrectangularis, ab illa trunco costarum communi inferiore tantum disjuncta, inter truncum illum et costam primam tenent locum; maculæ denique duæ alteræ extra discum sunt locatæ, quarum anterior, elongato-ovata, inter costas 6—7, et posterior, subrotundata, costaque quarta persecta, inter costas 3—5 locum tenent; hæ maculæ omnes sat magnæ. Alæ posticæ macula maxima albo-vitrea ornantur; hæc macula a margine interiore, quam totum occupat, usque in discum pone cellulam discoidalem et ad costam secundam se extendit, ut tantum margo anterior et exterior sint fuscus; apex ipse late fuscus. — Caveas ne hanc speciem cum *Ceryce thyretiformi* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 14, cui colore non absimilem, confundas.

#### Fam. Athroceroidæ.

80. *Arthileta cloeckneria* CRAM. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 15. *Crameria cloeckneria* WALK. List. XXX. 259. Specimen unicum mense Septembris captum.

#### Fam. Hepiolidæ.

81. *Gorgopis libania* CRAM. t. 356. f. F. WALK. List. VII. 1565. Mense Martii.

Obs. *Hepiolus cervinus* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 21 verosimiliter est eadem species ac *G. caffra* WALK. List. VII. 1565. aut ei saltem valde affinis, sed descriptio WALKERI perbrevis atque indeterminata.

82. *Dalaca ibex* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 20. Specimen unicum melius conservatum quam specimen l. c. descriptum, quare descriptionem completam heic dare volumus. Alæ anticæ supra pallide griseo-fuscescentes, roseo tinctæ, vitta alba a basi, se-



cundum marginem anteriorem, extrorsum sensim evanescente et ante apicem alæ desinente ornatae; margo ipse anterior tenuè rufescens et vitta memorata postice tenuè rufescente limbata; fascia denique nivea ab apice alæ versusa costam secundam oblique se dirigit et ibi, genu formato, versus basin alæ se vertit et eam attingit; mox pone genu fascia est gracilior et arcuata, sed deinde iterum nonnihil dilatata; maculae iterum albidae seriatæ obsoletissimæ ad marginem anteriorem et præsertim versus angulum posteriorem se præbent. Cilia albida. Alæ posticæ supra pallide fusco-albicantes. Alæ omnes infra fuscescentes, ad marginem anteriorem flavicantes; fascia geniculata alarum anticarum obsolete translucet. Pedes albidi, antrorsum infuscati. Corpus albidum.

### Fam. Cossidæ.

83. *Zeuzera sponda* n. sp. thorace capiteque grisescentibus; alis utrinque albis, anticis supra lineolis nigris subreticulatis plaga relicta media longitudinali alba. ♀. L. al. exp. 48 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum.

*Descr.* Forma et statura *Z. petacis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 21. Corpus totum album, sed thorax cum fronte griseus. Pedes albi in latere anteriore grisei; tarsi nigri, albo-annulati. Alæ omnes utrinque albæ; anticæ supra lineolis nigris transversis dense subreticulatis, ad marginem anteriorem densioribus et magis confluentibus, sed versus marginem anteriorem et anteriorem invicem latius distantibus ornatae; a basi plaga longitudinalis, extrorsum latior, alba, minime nigro-reticulata, marginem vero anteriorem haud attingens, per discum se dirigit; hæc plaga basin marginis anterioris occupat. Alæ posticæ utrinque unicolores, sed alæ anticæ infra lineolis ut in parte superiore etsi obsoletioribus reticulatae et plaga ejusmodi ornatae. Cilia omnia alba. Antennæ albæ, dentibus nigricantibus.

84. *Cossus* sp. Specimen unicum hujus generis in collectione PERSSONI adest, sed valde mutilatum. *C. ligniperda* specimen est majus et obscurioribus.

### Fam. Cocoliopodæ.

85. *Tæda atitis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 23. Specimen unicum femineum, quod a masculo l. c. descripto magnitudine minore, maculis alarum anticarum baseos flavidis nec albidis, maculis reliquis albidis, minime argenteo micantibus, alis posticis totis fulvis maculaque fulva thoracis mox pone oculos differt. Pecten antennarum erga apicem sensim attenuatum. Forte propria species, nec femina hujus.



## Fam. Saturnidæ.

86. *Tropæa mimosæ* BOISD. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 24. WALK. List. VI. 1260.
87. *Antheræa tyrrhea* FABR. CRAM. t. 46. f. A. WALK. List. V. 1244.
88. *Antheræa Wahlbergi* BOISD. Voy. de Deleg. II. 600. Corpus fulvum. Alæ utrinque fulvæ; anticæ supra et omnes infra dense fusco-atomatae. Alæ supra fasciis duabus transversis violaceis communibus ornatae; fascia harum interior valde sinuato-dentata, introrsum fusco limbata, sed exterior regularis, gracilior, introrsum et extrorsum nigro-fusco-limbata, ante apicem alarum anticarum incipiens et in margine alarum posticarum interiore prope anum desinens; alæ anticæ fasciam alteram marginalem violaceam, dentatam, in margine interiore late incipientem, deinde sensim attenuatam et marginem anteriorem haud attingentem gerunt; ad basin alarum anticarum macula magna rotundata violacea. Alæ posticæ supra maculam oblongam fasciformem intra marginem exteriorem versus angulum analem gerunt. Alæ omnes in parte inferiore fascia transversa interiore plane carent, sed fasciam illam exteriorem, tantum extrorsum fusco-limbata gerunt; fascia marginalis violacea alarum omnium adest, sed quam in parte superiore obsoletior et fere maculiformis; alæ posticæ a basi usque ad fasciam communem sunt violaceo-indutæ. Alæ omnes utrinque in disco ocello, in medio vitreo, sunt ornatae; ocellus alarum anticarum minor, iride flavo, circulo tenui nigro et violaceo circumcinctus, sed oculus alarum posticarum major iride latiore flavo, nigro et violaceo circumcinctus; oculus alarum omnium infra minor et iride flavo circumcinctus. Cilia violacea. L. al. exp. 118 millim. Minime varietas A. diones ut voluit Dom. WALKER. (List. V. 1245).
89. *Antheræa belina* WESTW. WALK. List. V. 1241. Specimen unicum.
90. *Saturnia apollonia* CARM. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 24. WALK. List. VI. 1272. Specimen unicum.

## Fam. Bombycidæ.

91. *Megasoma cristatum* CRAM. t. 398. f. 1. WALK. List. VI. 1448. *Concædes carinata* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 32.
92. *Gonometa postica* WALK. List. IV. 971. ♂. *Borocera Stålii* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 32. ♀. Specimina plura.
93. *Eriogaster prompta* WALK. List. VI. 1437. Specimen unicum masculum. In genere Lasiocampa, sed minime recte Dom. WALKER speciem inseruit. Forma partium corporis et costæ alarum omnino cum Eriogastribus conveniunt.

94. *Eriogaster levenna* n. sp. abdomine supra ferrugineo; alis supra canescentibus, plus minus dense ferrugineo-atomatis, anticis striga transversa postica obliqua subundulata ferrugineo-fusca, pone apicem alæ desinente, maculaque discoidali alba, *feminae* plus minus absóleta et transversa, *maris* vero distincta, elongata et ad finem cellulæ geniculata; omnibus infra grisescentibus. L. al. exp. 35—40 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura, forma partium corporis et directio costarum omnino præcedentis, sed nonnihil major. E cohorte *E. punctifasciæ* et *incomptæ* WALK. List. VI. 1472 ut videtur. Antennæ testaceæ. Thorax supra albido-canus, apud feminam interdum pallide fuscéscente griseus. Abdomen supra ferrugineum, infra albicante griseum, alis posticis longius, apud feminam apice haud lanuginosum. Pectus griseum. Alæ supra canescentes, *feminae* fere grisescentes, in utroque sexu plus minus dense ferrugineo-atomatae; atomi illi apud *marem* præsertim in disco et secundum marginem anteriorem alarum anticarum condensati, apud *feminam* plerumque rariores; extra cellulam discoidalem alarum anticarum striga transversa, undulata, ferrugineo-fusca, extra medium marginis interioris incipiens et deinde erga apicem alæ oblique se tendens, apicem vero non attingit, sed pone eum prope marginem exterioriorem desinit; in disco alarum anticarum macula albida, apud *feminam* ad finem cellulæ transverse locata, sæpe obscure adumbrata et colore fundi haud pallidior, sed apud *marem* fere nivea, in cellula discoidali locata, elongata, et ad finem ejusdem cellulæ geniculata atque antrorsum directa. Alæ posticæ unicolores, interdum apud *feminam* extrorsum sat late et dense fusco-atomatae, sæpe vero in utroque sexu haud atomatae. Alæ omnes infra pallide grisescentes, unicolores. Cilia omnia alis concolora.

#### Fam. Phialidæ.

95. *Phiala atomaria* WALK. (Dasychira) List. IV. 866. *Heteromorpha costipuncta* H.-S. Exot. Lep. fig. 375. *Phiala xanthosoma* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 34. SNELLEN. Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. 45. t. IV. 4—6. VIII. 124. Mense Octobris. Familia a Notodontibus certe diversa.
96. *Phiala flavipennis* n. sp. alis anticis supra albo-flavicantibus, atomis nigris rarioribus adpersis, posticis fulvescente flavis, fascia submarginali ex atomis nigris condensata, in angulo anteriore alæ latiori; omnibus infra fulvescente flavis, apice anticarum nigro-atomato; ciliis flavis. ♂. L. al. exp. 45 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum.

*Descr.* Caput et collare flavida. Thorax supra flavicante albus. Abdomen fulvum, maculis minutis nigris in utroque latere uniseriatis. Pectus fulvescente flavum. Antennarum scapus

flavido-albus; pecten fusco-ferrugineum. Alæ anticæ supra pallide flavo-albicantes, atomis nigris rarioribus adpersæ; atomi illi extra cellulam discoidalem in costis præsertim condensati et fere biseriati. Alæ posticæ supra fulvescente flavæ, erga marginem exteriorem sat dense nigro-atomatæ, ut atomi illi fere fasciam intramarginalem, erga angulum alæ anteriorem valde dilatatam sed versus angulum analem graciliorem atque muloties interruptam forment. Alæ omnes infra fulvescente flavæ, unicolores, sed alæ anticæ in apice atomis nigris adpersæ, at atomii illi inter costas maculas nigras forment. Cilia omnia utrinque fulvescente flavida. Forma corporis et alarum omnino prioris.

### Fam. Orgyidæ.

97. *Lacipa picta* BOISD. WALK. List. IV. 790. *Microgymna picta* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 38. Specimen unicum.
98. *Orgyia quadripunctata* n. sp. alis fulvescente flavis, anticis supra punctis 2 nigris ad finem cellulæ; posticis utrinque fascia marginali lata nigra; anticis infra aut macula maxima apicali nigra aut totis nigris marginibus flavis. ♂. L. al. exp. 22—26 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* *O. Dregei* affinis et forte tantum varietas hujus. Corpus totum flavescente-fulvum. Pecten antennarum nigro-fuscum. Alæ omnes supra fulvescente flavæ, posticæ pallidiores; anticæ punctis 2 nigris ad finem cellulæ discoidalis transverse positis, ceteroquin unicolores; posticæ fascia lata (erga angulum anteriorem latiori) marginali nigra. Alæ omnes infra flavescente fulvæ, anticæ macula obliqua maxima nigra marginem vero anteriorem et exteriorem non occupante, sed ramulum pallidiorem infra marginem alæ anteriorem fere usque ad basin mettente, notatæ; posticæ ut in parte superiore fascia marginali nigra, etsi longe ante angulam analem desinente, ornantur. Alæ anticæ interdum infra nigrae sunt, tantum marginibus omnibus flavescente fulvis. Cilia omnia utrinque fundo alarum concolora.

### Fam. Nolidæ.

99. *Nola meridionalis* n. sp. alis anticis supra fuscis griseis, striga transversa extrabasali crassa nigra lineisque 2 transversis undulatis posticis tenuissimis fuscis; posticis albis linea intraciliari utrinque maculaque discoidali infra fuscis. L. al. exp. 15—18 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura fere *N. cucullatellæ* at minor. Corpus griseum, abdomine albido. Alæ anticæ supra fuscis griseæ striga transversa ut in *N. cucullatella*, extrabasali nigra, crassa, non vero regionem obscuriorem limitante, ornatæ; extra cellu-

lam discoidalem linea altera tenuissima transversa adest fusca, fere ut in specie memorata locata, sed magis recta etsi undulata; extra hanc lineam denique altera ejusdem coloris et æque tenuis, etsi haud undulata, ab angulo alæ posteriore usque in marginem anteriorem directa et ante apicem alæ desinens; in margine ipso exteriori linea distincta nigra; ad finem cellulæ discoidalis punctum obsoletissimum nigrum observatur et ab eo macula obscurior etsi obsoletissima in marginem anteriorem surgit. Alæ posticæ utrinque albæ, subdiaphanæ, in apice obsolete griseo-atomatæ, linea fusca in margine ipso exteriori ornata, et infra in disco macula fusca transversa l. tantum puncto fusco notata. Alæ anticæ infra albidæ, griseo-atomatæ, in margine ipso exteriori præsertim versus apicem linea fusca signatæ. Cilia omnia fundo alarum concolora.

100. *Nola caffra* n. sp. alis anticis supra albis, a basi usque ad lineam posticam transversam rectam nigram et iterum ad marginem anteriorem ferrugineo-infuscatam; squamulis disci hinc inde elevatis; posticis utrinque albis infra ad apicem et ad marginem anteriorem cinereo-atomatam punctoque discoidali signatis. L. al. exp. circit. 15 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura prioris, sed nonnihil minor et alæ anticæ magis acutæ. Caput cum thorace niveum. Abdomen album. Pedes anteriores infuscati tarsis albo-annulatis; pedes postici albi macula tibiarum apicali anticæ fusca. Alæ anticæ supra albæ, sed dodrans earum a basi ultra cellulam discoidalem ferrugineo-infuscatam, fundum hinc inde, præsertim secundum marginem anteriorem, album relinquens; hæc regio infuscata per lineam rectam nigram postice terminatur, ut reliqua pars (pars quarta alarum) instar fasciæ æque latæ et marginem exterioram occupantis se præbeat; in hoc colore margo exterior iterum est infuscatus et in margine ipso linea nigricans se ostendit. In disco alarum anticarum squamulæ hinc inde elevatæ fuscæ observantur. Alæ posticæ utrinque albæ subdiaphanæ, linea fusca præsertim versus apicem in margine ipso exteriori ornata et infra in disco macula fusca signatæ, atque ad marginem anteriorem sat late cinereo-atomatæ. Alæ anticæ infra fuscæ, versus marginem anteriorem dilutiores. Cilia alarum anticarum supra alba griseo-atomata, infra fundo concolora; cilia alarum posticarum utrinque alba.

#### Fam. Lithosidæ.

101. *Manulea planissima* n. sp. capite, collari scutelloque flavis; thorace plumbeo; alis anticis supra pallide plumbeis margine anteriore toto, sed versus apicem latius flavo; posticis utrinque flavis, dimida parte anteriore infra plumbeis. ♂. L. al. ex. 36 millim.



Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura et forma alarum fere *M. gracilipennis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 44, sed nonnihil major. Caput cum palpis et collari toto flavum. Thorax plumbeus, sed scutellum flavum. Abdomen utrinque flavum maculis in utroque latere uniseriatis plumbeis. Pedes flavi, sed anteriores cum femoribus posticorum antice plumbei; tarsi omnes plane plumbei. Alæ anticæ supra-pallide plumbeæ, fere ut in *M. complana*; margo earum anterior sat late, versus apicem adhuc latius flavus; infra obscure plumbeæ, margine anteriore a medio usque in apicem flavo. Alæ posticæ utrinque flavæ; dimidia earum pars anterior infra oblique plumbea, qui color ad marginem alæ exteriorem latissimus et in parte superiore obsolete translucescit; itaque colorem flavum etsi vix manifeste ibi adumbrat; margo alæ anterior infra tenuissime flavus. Cilia alarum omnium utrinque flava.

#### Fam. Arctiidæ.

102. *Munychia erythronota* BOISD. Voy. de Deleg. 598. 135. *M. callipyga* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 48. *Aloa delineata* WALK. List. III. 700. Puncta nigra in parte superiore alarum anticarum tam numero tam positione valde variant.
103. *Megalonyx debilis* FELD. Nov. Exp. Lepid. t. 100. f. 22. Mense Octobris.
104. *Rhanidophora phedonia* CRAM. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 48. *Secusio phedonia* WALK. List. VII. 1685. *Enydra phedonia* WALK. List. XXXI. 260. Specimen unicum femineum.
105. *Tæniopyga eumela* CRAM. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 50. WALK. List. XXXI. 296. Specimen unicum.
106. *Spilosoma scortillum* n. sp. capite fusco, fronte verticeque flavis; thorace albo, abdomine infra et supra ad basin albo, de cetero nigro-fusco maculis lateralibus magnis flavis uniseriatis; alis utrinque albis, anticis supra in margine anteriore a medio fere usque ad apicem fusco-brunneis. ♂. L. al. exp. 41 millim. Hab. in Transvaalia. Specimen unicum.
- Descr.* Statura *Senuræ albæ* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 49, at minor et ad genus *Spilosoma* certissime pertinet. Antennarum scapus albus; pecten fuscum. Palpi fuscii, pilis inferioribus flavis. Facies fusco-brunnea sed frons cum vertice flava. Thorax supra albus, unicolor. Femora flava; tibiæ cum tarsis antrorsum fusco-brunneæ, postice flavo-albidæ. Abdomen nigrum, supra ad basin album; venter albus; in utroque latere series macularum sat magnarum fulvo-flavarum se præbet. Alæ omnes utrinque albæ; anticæ sat graciles, in margine anteriore a medio fere usque ad apicem fusco-brunneæ; hic vero color strigæformis, versus apicem latior, sed nonnihil ante apicem



desinit et in parte inferiore alarum etiam adest. Alæ de cetero signaturis plane carent. Cilia omnia alba.

107. *Spilosoma screabile* n. sp. capite cum thorace grisescente cano; fronte margineque collaris sanguineis; lineis 4 thoracis flavo-fulvis; abdomine supra fulvo, infra cano, punctis nigris in utroque latere biseriatis; alis utrinque flavo-fulvis, anticis vittis 2 longitudinalibus maculisque marginalibus inter costas elongatis canis. ♀. L. al. exp. 56 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum.

*Descr.* Forma fere præcedentis, sed major. Caput cum thorace grisescente canum. Antennæ nigrae. Palpi nigri, infra fulvo-pilosi. Frons cum vertice sanguinea. Margo posterior collaris sanguineus. Margo exterior scapularum cum lineis 2 dorsalibus thoracis flavo-fulvus. Abdomen fulvum; venter griseo-canus; in utroque latere series 2 punctorum nigrorum; puncta seriei superioris minora. Femora flava apice nigro; femora antica infra nigra, reliquæ vero griseo-cana; tibiæ omnes griseo-canae; tarsi fuscii. Alæ utrinque flavo-fulvæ, posticæ unicolores; anticæ vittis 2 longitudinalibus canis in medio latioribus, e basi ortis ornatae; vitta harum anterior, alæ basin haud attingens, per cellulam discoidalem, quam totam fere replet, usque in marginem anteriorem ducitur, et vitta posterior, basin alæ attingens, inter costam secundam et primam usque in marginem eundem se extendit; pone costam primam umbra subeana etsi obsoleta se præbet; ad marginem anteriorem maculae valde elongatae canæ in costas tenent locum. Alæ anticæ infra ut in parte superiore coloratae et signatae, sed vittæ et maculae obsoletiores vitta tamen posterior in medio nigrescens, et ad finem cellulæ vestigium puncti nigri observatur. Cilia omnia flava.

- Eutania* n. gen. Antennæ maris bipectinatae, pectine brevi, extorsum brevior. Palpi brevissimi, penduli. Lingua haud ulla. Alæ anticæ subgraciles, subacutae; margo exterior oblique rotundatus. Costæ alarum fere ut in genere præcedente, sed costa transversa alarum anticarum valde geniculata, genu erga basin alæ vertens, et costa eadem alarum posticarum etiam geniculata, sed pars ejus posterior parte anteriore multo longior, ut angulus cellulæ discoidalis posterior quam angulus anterior erga marginem alæ anteriorem propius procedat. Ramulus subradialis alarum anticarum cum ramulo carpali bibranso et ramulo metacarpali extra cellulam in trunco communi conjunctus, sed fere in medio inter angulum cellulæ anteriorem et exitum ramuli metacarpalis e trunco eorum communi exit. Calcaria pedum posticorum tantum 2.

Genus a *Spilosomata*, cui affine, alis anticis gracilioribus calcaribusque pedum posticorum tantum 2 mox dignoscitur.

108. *Eutania scapulosa* n. sp. capite cum thorace albo; maculis 2 collaris lineisque 4 thoracis rufo-ferrugineis; abdomine supra

flavo quinquefariam nigro-maculato; alis albis, anticis supra vittis 3 longitudinaliter positis, ad basin connexis, intermedia extrorsum ramosa, fasciolaque obliqua apicis rufo-ferrugineis; posticis puncto discoidali fusco, interdum deficiente. ♂. L. al. exp. 34 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Caput cum thorace album. Scapus antennarum albus; pecten fuscus. Macula verticis obsoleta et maculae duae collaris, dorsales atque connatae rufo-fuscae. Scapulae per medium longitudinaliter rufo-fuscae, sed margines earum albi. In dorso thoracis lineae duae longitudinales et approximatae rufo-fuscae se praebent. Abdomen supra flavum seriebus 5 macularum nigrarum una dorsali et reliquis lateralibus signatum; venter albidus. Pedes albi geniculis rufo-brunneis; femora antica cum tibiis tarsisque antice rufo-brunneo fasciata. Alae omnes utrinque albae, posticae unicolores, tantum ad finem cellulae discoidalis puncto fusco, in parte superiore interdum deficiente, notatae, sed anticae vittas 3 rufo-ferrugineas, longitudinaliter positas ad basin connexas gerunt. Vittas harum posterior costam primam a basi alae usque ad angulum posteriorem sequens, in medio est latior et ramulum nullum ostendit; pone illam et prope basin marginis posterioris lineola brevis ejusdem coloris interdum observatur; vitta intermedia, truncum costarum inferiorem a basi alae usque ad marginem anteriorem sequens, ad costas, quas truncus ille emittit, est ramosa; ramuli ejus itaque 3—4, sed varii eorum interdum vario modo confluentes et maculas coloris fundi includentes, omnes vero interdum marginem anteriorem non attingentes; vitta denique anterior, cum vitta intermedia ad basin alae sat longe connexa, truncum costarum superiorem sequens, marginem alae anteriorem fere usque ad medium liberum relinquens, sed deinde eum plane occupans, ante apicem alae desinit et ad finem cellulae discoidalis ramulum brevissimum l. saltem nodum ostendit; a costa sexta fascicola rufo-ferruginea cum vitta intermedia interdum connexa, usque in apicem alae oblique se ostendit; in medio marginis exterioris maculae ejusdem coloris sed minutissime et interdum plane deficientes denique observantur. Alae anticae in parte inferiore ut in parte superiore coloratae atque signatae, sed signaturae obsoletiores et interdum plus minus deficientes, ut saltem discus alae sit fere totus albus. Cilia omnia utrinque alba.

### Fam. Notodontidae.

109. *Antheua simplex* WALK. List. III. 687. Specimen unicum masculinum. Genus in hanc familiam nec in priorem, ut voluit Dom. WALKER, inserendum. Costa independens alarum anticarum in medio inter angulum anteriorem et posteriorem

cellulæ discoidalis e costula transversa oritur et costa sub-costalis alarum posticarum usque ad basin libera.

Fam. **Bombycoïdæ.**

110. *Simyra capillata* n. sp. capite maculaque thoracis ferrugineis; alis anticis flavicante albis, versus marginem exteriorem obscurioribus striga longitudinali per discum alteraque marginis interioris pallide ferrugineis; posticis utrinque et anticis infra albis. ♂. L. al. exp. 34 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura et forma corporis alarumque omnino *S. albivenosæ*, sed areola accessoria plane caret species nostra. Caput totum ferrugineo-pilosum. Antennæ albæ, infra ferrugineæ. Thorax albus macula dorsali ferruginea inter scapulas ornatus. Abdomen albidum. Alæ anticæ supra flavicante albæ l. pallidissime cervinæ, erga marginem exteriorem obscuriores; striga longitudinalis pallide (in specimine nostro pallidissime) ferruginea a basi alæ per medium totius disci usque in marginem exteriorem ducitur; margo interior etiam est pallidissime ferrugineus. Alæ posticæ utrinque et anticæ infra albæ; pars inferior alarum omnium obsolete flavicans et atomis obscurioribus obsolētissimis adpersa; margo anterior alarum omnium in eadem parte pallidissime ferrugineus.

Fam. **Noctuidæ.**

111. *Agrotis spiculifera* GN. Sp. Gen. V. 266. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 53. WALK. List. X. 339. Specimen unicum femineum.
112. *Agrotis segetum* SCHIFF. W. V. 81. 12. TREIT. Schm. V. 1. 155. GN. Sp. Gen. V. 274. WALK. List. X. 312. Specimina plura mense Septembris capta nullo modo ab europæis aberrantia.
113. *Agrotis dividens* WALK. List. IX. 342. Specimen sat læsum verosimiliter ad hanc speciem pertineat.
114. *Perigea natalensis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 55. Specimen unicum die 6 Martii in domo captum.
115. *Perigea latipennis* WALLENGR. *Hama latipennis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 56. Genus oculis nudis, tibiis spinulis carentibus, thorace squamoso, abdomine cristato formaque alarum a reliquis distinctum.
116. *Mamestra capensis* GN. Sp. Gen. I. 213. WALK. List. IX. 251. Specimina plura mense Augusti capta. Est hujus generis nec *Apameæ* l. *Hadenæ*, oculi enim sunt hirsuti. Species ut *Hadena oculea* varians. Statura fere *N. moderata* EV. H.-S. f. 370. Spatium basale et spatium subterminale alarum

anticarum sæpe ut in *H. oculæa* griseo-ochracea, et spatium intermedium cum spatio terminali per maculam sat latam infuscatam atque in spatio subterminali ad anfractum W-formem lineæ subterminalis sitam sæpe conjunctum. Altera species hujus generis in collectione PERSSONI etiam adest, sed specimen valde læsum et descriptu ineptum.

117. *Leucania apparata* n. sp. alis anticis supra griseis lineis 2 ordinariis intermediis nigris undulatis, macula angulata ad finem cellulæ flavida, lineolam tenuissimam ejusdem coloris erga marginem exteriorem emittente, punctisque marginalibus minutissimis nigris; posticis albis costis margineque fusciscentibus, infra cum anticis albis punctis minutissimis nigris marginalibus. ♀. L. al. exp. 35 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum vidimus.

*Descr.* Certe hujus generis. Statura et forma alarum *L. Herichii* H. S. f. 341. Antennæ ferrugineæ, supra præsertim basin versus albæ. Palpi grisei. Caput griseum. Thorax supra griseus. Alæ anticæ supra griseæ l. potius griseo-ochraceæ atomis fuscis densissime obtectæ; lineæ extrabasalæ et lineæ intermedia nigrae, undulatæ, fere ut in specie memorata locatæ et formatæ, sed in margine alæ interiore fere ut in margine anteriore invicem æque distantes, ambæ quam in illa specie obsoletiores; maculæ ordinariæ nullæ, sed costa transversa cellulæ et apex trunci communis costarum inferioris flavidæ, ut macula angulata, antrorsum latior formetur; ramulus styloideus fere usque ad marginem alæ exteriorem tenuissime flavus, ut macula illa angulata jam memorata lineam tenuissimam flavam erga marginem emittat; lineæ transversa tenuissima flava in margine ipso exteriore et intra illam puncta minutissima nigra seriata adsunt. Cilia fundo concolora. Alæ posticæ supra albæ costis margineque exteriore infuscatis; infra albæ punctis minutissimis nigris seriatis marginalibus; puncta nonnulla seriata nigra etsi obsoletissima in disco denique se præbent. Alæ anticæ infra albæ, griseo-subindutæ, punctis minutissimis nigris seriatis in margine exteriore ornatæ.

118. *Leucania substituta* n. sp. alis supra albido-ochraceis, atomis nigris parce adpersis, trunco communi costarum inferiore albido, striga longitrorsum posita, erga apicem alæ vertente, infuscata punctoque discoidali nigro; posticis utrinque albis. L. exp. al. 37 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Forma alarum fere *L. impuræ*, species vero major et color fundamentalis alarum anticarum fere ut in *L. straminea*, sed costæ, trunco communi inferiore excepto, concolores. Alæ anticæ supra albido-ochraceæ, atomis nigris rarioribus adpersæ, tantum truncus communis costarum inferior, ut etiam ramulus styloideus, pallidior, albicans; costæ reliquæ omnes



fundo concolores; pone cellulam striga infuscata longitrorsum posita e basi evadit et extra cellulam discoidalem se erga apicem aë vertit, sed ibi interrupta atque dissoluta, apicem vero ipsum non attingit. In margine ipso exteriore linea tenuissima infuscata et intra illam puncta nigra minutissima atque obsoleta, seriata se præbent. Aë posticæ utrinque niveæ; margo exterior tenuissime atque obsoletissime infuscatus punctis minutissimis nigris seriatis ornatus. Aë anticæ infra flavicante albæ punctis marginalibus seriatis nigris minutissimis. Cilia alarum fundo concolora. *L. curvatula* WALK. IX. 102 huic affinis ut videtur, sed secundum descriptiorem diversa.

119. *Leucania infima* n. sp. alis anticis supra albo-ochraceis vittis duabus ferrugineis plus minus distinctis, trunco communi costarum inferiore albido, fusco plus minus cincto, punctoque posteriore nigro; posticis albis, costis margineque infuscatis, punctis seriatis nigris discoidalibus interdum deficientibus infra ornatis. ♂♀. L. al. exp. 25—27 millim.

?*Leucania amens* var. WALK. List. IX. 101 (non vero GN.).

Hab. in Transvaalia. Specimina plurà die 22 Augusti capta.

*Descr.* De *L. l albo* monet, sed aë non acutæ et lineis nigris plane carent. *L. amens* WALK. forte eadem, sed descriptio non plane quadrat. *L. amens* GN. Sp. Gen. V. 88 est alia species. Aë anticæ supra pallide albo-ochraceæ vittis duabus ferrugineis ornatae; vitta anterior ab apice aë per discum ibique latissima usque in basin oblique se extendit et vitta posterior, longitrorsum posita, a basi per costam dorsalem fere usque in marginem exteriorem ducitur; macula ejusdem coloris pone apicem in margine exteriore tenet locum, ut color fundamentalis fasciolarum obliquæ apicalis instar fere ut in *L. l albo* se præbet. Hæ omnes signaturæ sæpe sunt valde obsoletæ et ægre distinguendæ. Truncus communis costarum inferior est pallidus, albidus et vittam obliquam disci postice terminat atque antrorsum obscurius est limitatus; ad finem cellulæ discoidalis punctum minutum nigrum interdum se præbet; punctum alterum ejusdem coloris inter ramulos sabularem et ulnarem versus marginem exteriorem tenet locum; puncta nigra minutissima in margine ipso exteriore observantur. Aë posticæ albæ, costis margineque plus minus infuscatis, infra albæ serie transversa discoidali punctorum nigrorum, interdum deficiente, punctisque nigris marginalibus ornatae; anticæ infra albidæ, præsertim antrorsum flavicantes, punctis marginalibus nigris ornatae. *L. punctulata* WALLENGR. affinis, sed re vera diversa.

120. *Laphygma cycloides* GN. Sp. Gen. V. 157 non vero WALK. List. IX. 190. Die 29 Aprilis specimen unicum captum.
121. *Laphygma caradrinoïdes* WALK. List. IX. 190. Specimina plurà, sed omnia læsa.



122. *Caradrina pervicax* n. sp. alis anticis supra griseo-cinereis punctis tribus nigro-fuscis marginis anterioris, lineas duas ordinarias transversas umbramque medianam simplicem nigras obsoletiores emittentibus, serie punctorum minorum nigrorum transversa extracellulari, linea subterminali ordinaria pallidiore, subundulata, macula ordinaria rotundata punctiformi nigra, maculaque ordinaria reniformi nigro-fusca, albo-punctata atque extrorsum flavonotata, posticis albis. ♂♀. L. al. exp. 26—27 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimina die 22 Augusti capta.

*Descr.* *L. Kadenii* FREY. affinis, sed punctis nigris nullis in margine exteriori alarum anticarum, linea ordinaria subterminali completa alisque posticis albis unicoloribus præsertim differt. Caput cum palpis thoraceque griseo-cinereum; palpi macula magna nigra ut in *C. quadripunctata* ornati. Fasciculus analis abdomini cinereo concolor, parum flavicans. Forma alarum *L. Kadenii*. Alæ anticæ supra griseo-cinereæ punctis tribus nigro-fuscis in margine anteriore notatæ, e quibus linea ordinaria extrabasalis, umbra mediana et linea intermedia egrediunt. Hæ lineæ sunt simplices, fuscæ, obsoletæ, interdum haud distinguendæ; linea extrabasalis ut in *C. quadripunctata*, sed linea intermedia magis recta, nec ad marginem anteriorem ita arcuata ut in illa specie; extra hanc lineam puncta transverse seriata fusca ut in *L. Kadenii* se præbent, sed minutissima atque valde obsoleta; linea subterminalis ut in *C. quadripunctata* pallida et completa, in spatio obscuriore sita; margo ipse exterior linea flavida ut in *L. Kadenii* ornatur; puncto marginis anterioris fusco, quod prope basin alæ species memorata gerit, nostra species caret; macula ordinaria rotundata nigra, punctiformis ut in *C. Kadenii*; macula ordinaria reniformis sat elongata, in medio gracilior, punctis nonnullis albis introrsum et extrorsum limbata atque in medio limitis exterioris flavo-notata. Alæ posticæ utrinque niveæ, unicolores, margine antico partis inferioris flavicante fusco-atomato. Alæ anticæ infra albidæ, antrorsum griseo-flavicantes, fusco-atomatae, macula obsoleta discoidali infuscata punctisque seriatis nigris in margine exteriori ornatae. Signaturæ feminae quam maris magis expressæ.

123. *Caradrina murcida* n. sp. scapulis thoracis fusco-limbatis; alis anticis pallide albedo-stramineis, margine exteriori late fusco, lineis abruptis discoidalis nigris longitrorsum positis truncoque communi costarum inferiore pallido; posticis niveis. L. al. exp. 26 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum vidimus.

*Descr.* Facies aliena, de *Leucanidis* monens; sed forma partium corporis, palpi, oculi et costæ omnino hujus generis. Statura et forma alarum fere præcedentis. Caput cum palpis albedo-stramineum; palporum macula nigra ut in præcedente. Thorax albedo-stramineus, scapularum margo interior fuscus.

Alæ anticæ supra pallide albido-stramineæ limbo exteriore late fusco; limbus ille quartam partem alæ fere occupat, ante costam dorsalem dentem validum in discum emittit et deinde usque ad marginem anteriorem arcum magnum format; limes ejus interior denticulatus; puncta coloris fundi 2—3 in margine alæ anteriore limbum illum ornant. Pone truncum costarum communem inferiorem vitta nigro-fusca semel interrupta a basi alæ erga dentem validum jam memorantum limbi exterioris spectat, non eum vero attingit; lineolæ ejusdem coloris minutæ ante truncum illum et iterum inter ejus ramificationes se præbent; macula elongato-ovata nigro-fusca ad finem cellulæ lineam alteram in limbum exteriorem emittit; inter has signaturas obscuras truncus ipse communis inferior pallidus, fere albidus se ostendit. In margine alæ anteriore puncta 2 nigro-fusca tenent locum, ubi lineæ duæ ordinariæ inciperent, sed lineæ illæ omnes ut etiam maculæ omnes ordinariæ omnino desunt. Alæ posticæ utrinque niveæ, in margine anteriore partis inferioris flavicantes, parce fusco-atomatæ et in angulo anteriore ejusdem partis gracillime fusco limbata. Alæ anticæ infra albæ, antrorsum flavicantes, parce fusco-atomatæ, punctis seriatis nigris in margine exteriore ornata. Dom. SNELLEN in Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. p. 48 *Leucaniam* ex Africa meridionali descripsit et in tab. IV. f. 7 depinxit, quæ de *Caradrinis* ut hæc nostra *Caradrina* de *Leucaniis* monet.

124. *Leocyma galathea* WALLENGR. Anteckn. i Zool. I. 58. Heteroc. Caffr. p. 59. Specimen unicum, sat mutilatum.

125. *Anophia illegitima* n. sp. alis anticis supra nigris lineis ordinariis extrabasali et intermedia distinctis nigris lunulatis ferrugineo-limbatis, linea subterminali atomis albis indicata, maculis 4 minutis albidis in margine anteriore, lunulis nigris albo-limitatis in margine exteriore maculaque ordinaria reniformi obsoleta, sed maxima et extrorsum pallide limbata; posticis flavo-albidis, limbo exteriore latissime fusco; omnibus infra flavidis limbo exteriore lato, striga transversa maculaque discoidali sat magna fuscis. ♂. L. al. exp. 35 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum vidimus.

*Descr.* *A. nigrescenti* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 64 affinis; forma alarum eadem. Palpi cum pectore flavidi; articulus eorum ultimus supra fuscus. Caput cum thorace fusco-nigrum. Abdomen cum fasciculis ejus dorsalibus flavidum. Alæ anticæ supra nigro-fuscæ, squamulis albicantibus l. flavicantibus hinc inde sparsis; lineæ ordinariæ transversæ extrabasalis et intermedia tantum distinctæ, e lunulis nigris formata, ferrugineo-limbata, in margine alæ interiore sat approximata, sed in margine alæ anteriore magis distantes; linea illa intermedia arcum magnum extra cellulam discoidalem format et deinde versus marginem alæ anteriorem introrsum se vertit; linea ordinaria submarginalis tantum atomis albidis indicata; in

marginē exteriore lunulæ nigræ seriatae, introrsum flavido-limbatae se præbent; in margine alæ anteriore maculæ 4 flavo-albidæ prope apicem tenent locum, quarum extrema major et initium lineæ ordinariæ submarginalis facit; macula ordinaria reniformis sat magna, fundo concolor et sat indistincta, sed introrsum nigro-limbata et per limitem exteriorem flavido-notata; hæc color usque in marginem exteriorem lineæ instar ducitur: cilia fundo concolora. Alæ posticæ flavo-albidæ limbo latissimo exteriore fusco; hic limbus fere usque ad cellulam discoidalem se extendit; basis et margo alæ anterior etiam fuscæ ut tantum macula in disco restat alba; cilia alba, in medio marginis exterioris subinfuscata. Alæ omnes infra flavidæ, limbo exteriore late fusco, flavo-atomato; margo exterior extra limbum illum flavido, fusco-atomato; limbus ille striga transversa obscuriore, fusca, introrsum limitatur; ad finem cellulæ discoidalis utriusque alæ macula lunata fusca sat magna; cilia alarum posticarum flavida, sed anticarum infuscata.

Obs. Ad *A. squamosam* WALLENGR. Anteckn. i Zool. I. 64 (1856) et Heteroc. Caffr. 64 (1865) forte pertineat *A. discistriga* WALK. List. XIII. 1128 (1857).

126. *Heliothis armiger* HÜBN. GN. Sp. Gen. VI. 181. WALK. List. XI. 683. Specimen unicum a specimenibus europæis minime diversum.
127. *Heliothis scutuliger* GN. Sp. Gen. VI. 180. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 64. WALK. List. XI. 688. Specimen unicum.
128. *Acontia triphænoides* WALLENGR. Anteckn. i Zool. I. 59 (1856). Heteroc. Caffr. 67. Cum specimenibus e Caffraria orta specimen Transvaaliæ in omnibus nisi in parte inferiore alarum posticarum convenit. Alæ nempe posticæ maculam tantum unicam ad marginem anteriorem ibi gerunt et puncto discoidali plane carent.
129. *Acontia tinctilis* n. s. capite albo, apice frontis fusco; alis anticis supra fusco-rufescentibus, basi albida, rufescente lineata atque punctata, macula magna rectangulari marginis anterioris alba, fusco uni-notata, maculisque ordinariis rotundata fundo concolora sed reniformi albida, fusco limbata; posticis maris supra flavis, feminae albidis macula discoidali fasciaque marginali fuscis. ♂♀. L. al. exp. 25—27 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* *A. Zelleri* WALLENGR. Heteroc. Caffr. p. 67 affinis sed punctis nigris lateralibus abdominis, absentia maculæ albæ triangulari marginis interioris alarum anticarum signaturisque alarum posticarum mox distincta. *A. dispari* WALK. List. XII. 790, ut videtur etiam affinis, sed basi alarum anticarum alba fusco-lineata et punctata, capite albo, lateribus abdominis nigro-punctatis signaturisque alarum posticarum diversa. Caput cum thorace album, tantum apex frontis fuscus. Abdomen supra

flavum, incisuris dorsalibus infuscatis et punctis nigris lateralibus uniseriatis ornatum, infra cum pectore album. Alæ anticæ supra fusco-rufescentes, hinc inde glauco indutæ, a basi fere usque ad locum lineæ extrabasalis, antice vero latius, albæ et ibi lineæ ordinaria basali punctisque 2 fusco-rufescentibus, uno marginali altero discoidali, ornatæ; macula magna rectangularis alba in margine alæ anteriore tenet locum; hæc macula in margine illo ipso macula altera minuta subtriangulari et rufo-fusca notatur; macula ordinaria sat magna rotundata in limite coloris fusco-rufescentis fundo concolor etsi obscurius circumcincta se præbet, sed macula ordinaria reniformis albida, fusco-circumcincta in sinu maculæ rectangularis albæ jam descriptæ est locata; linea ordinaria tantum subterminalis adest; forma et color ejus omnino ut in *A. Zelleri*; in margine exteriori alarum puncta l. lineolæ crassæ nigre adsunt; cilia fundo concolora, sed apices eorum hinc inde plus minus albidii. Alæ posticæ maris utrinque fulvo-flavidæ, feminæ supra albidæ (forte decoloratæ), infra flavæ, macula discoidali lunata sat magna fasciaque in margine exteriori transversa fuscis ornatæ; in parte superiore hæc fascia est continua atque sat lata, sed in parte inferiore erga angulum analem sensim evanescens; in hac parte alæ macula sat magna fusca in margine anteriore ut apud speciem præcedentem etiam adest; cilia utrinque flava. Alæ anticæ flavo-fulvæ, in disco fuscæ, sed color fuscus ramulos 2 in marginem anteriorem versus apicem alæ emittit; cilia flava macula fusca ad angulum posteriorem et in medio marginis notata.

130. *Acontia parilis* WALLENGR. Anteckn. i Zool. I. 60 (1856). Heteroc. Caffr. 68. Specimen unicum.

131. *Acontia Trimenii* n. sp. capite fusco; alis anticis supra fusco-rufescentibus, intima basi albida, maculis duabus marginis anterioris albis, interiore minuta, sed exteriori magna subtrapeziformi, linea ordinaria intermedia flexuosa nigra, linea ordinaria subterminali alba, undulata, maculisque ordinariis rotundata albedo-indicata sed reniformi nigro-terminata, antice posticeque aperta; posticis utrinque fulvis, fusco-limbatis, macula fusca margine anteriore infra notatis. ♀. L. al. exp. 36 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen unicum vidimus.

*Descr.* Caput fuscum cinereo-indutum. Thorax albidus; collare fusco-cinereum. Abdomen supra fulvum, infra album lateribus impunctatis. Palpi albi; articulus ultimus niger. Alæ anticæ supra fusco-rufæ, hinc inde glauco indutæ, ad intimam basin albidæ, albedo vero illa non ut in præcedentibus determinata, sed diffusa atque indeterminata, postice latior, hinc inde rufo-notata, puncto nigro obsoleto in trunco costarum ornata; maculæ duæ albæ in margine anteriore, quarum interior minor contra maculam ordinariam rotundatam tenet



locum, sed macula exterior major atque ut in *A. lucida* HUFN. formata; macula ordinaria rotundata indistincta, lunula alba introrsum terminata; macula ordinaria reniformis fundo concolor nigro-terminata, sed antice et postice aperta; linea transversa ordinaria intermedia nigra omnino ut in *A. lucida* formata et ad maculam exteriorem albam marginis anterioris desinens; linea transversa ordinaria subterminalis alba, omnino ut in *A. triphœnoidi* formata; lineolæ nigre seriatæ in margine ipso exteriore; cilia fundo concolora. Alæ posticæ utrinque fulvæ; margo exterior late fusco-limbatus; hic limbus infra erga angulum analem gracilior, maculiformis et a margine ipso retractus; macula fusca in margine anteriore partis inferioris; cilia flavida. Alæ anticæ infra fuscæ macula fulva marginis anterioris, maculam albam exteriorem partis superioris correspondente, macula elongata magna in angulo posteriore maculisque minutis apicalibus ejusdem coloris ornatæ; cilia infuscata.

132. *Metopioplasta silus* n. sp. alis anticis supra fusco-rufescentibus, hinc inde glauco indutis, lineis maculisque baseos, macula maxima marginis anterioris subrectangulari, puncto fusco, rufo notato, linea transversa ordinaria subterminali pluries interrupta margineque ipso exteriore nigro-punctato albis, linea transversa ordinaria intermedia flexuosa nigra; posticis supra fuscæ-flavicantibus, infra flavidis, umbra fuscescente in margine anteriore notatis. ♀. L. al. exp. 22 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* *M. simoni* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 70 forma partium corporis etc. similis, sed præsertim macula subrectangulari alba marginis anterioris anticarum mox distincta. Caput cum palpis thoraceque album; apex mucronis frontalis niger. Abdomen supra albido-flavum incisuris infuscatis, infra cum pectore album. Alæ anticæ supra fusco-rufescentes, hinc inde glauco indutæ, basi intima lineisque nonnullis basalibus postice abruptis albis, sed color baseos in specimine nostro sat læsus; macula maxima alba subrectangularis in margine anteriore alæ omnino ut in *A. tinctili* formata atque macula fusca in margine illo ipso ut apud hanc speciem notata; macula ordinaria rotundata squamulis nigris in angulo interiore maculæ illius albæ indicata, et macula ordinaria reniformis in medio limitis ejusdem maculæ haud drstinguenda; linea ordinaria transversa intermedia nigra ut in *A. Trimeni* formata, sed linea ordinaria subterminalis alba omnino ut in *M. simone*; margo ipse exterior tenue albus et punctis seriatis nigris sat crassis ornatus; cilia alba, in angulo posteriore et in medio marginis macula fusca notata. Alæ posticæ supra fusco-flavicantes unicolores, sed infra flavidæ et umbra infuscata in margine anteriore ibi notatæ; cilia utrinque flava. Alæ anticæ infra flavæ, in disco infuscate et extra cellulam discoidalem

macula maxima irregulari fusco-rufescente ornatæ; cilia flavida, ut in parte superiore maculata.

133. *Leptosia Snelleni* n. sp. supra griseo-cinereis margine exteriori obscuriore, lineis transversis ordinariis undulatis fuscis, puncto fusco in loco maculæ ordinariæ rotundatæ, macula flavicante ad maculam reniformem annexa, linea subterminali nigra denticulata maculis flavicantibus annexis punctisque seriatis marginalibus nigris; posticis supra albido-cinereis strigis 2—3 margineque exteriori cinereis fasciaque flavida, omnibus antrorsum abruptis, infra albidis unicoloribus. L. al. exp. 19 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura et summa similitudo *L. Dardouini* BOISD., sed maculis alarum anticarum fasciaque posticarum flavicantibus præsertim differt. Corpus totum supra griseo-cinereum, infra albidum. Alæ anticæ supra griseo-cinereæ lineis 4 ordinariis fuscis omnino ut in illa specie formatis et e maculis marginis anterioris orientibus ornatæ; macula ordinaria rotundata ut in illa specie punctiformis, sed macula ordinaria reniformis tantum lineola fusca indicata, quoniam umbra ordinaria mediana partem ejus exteriorem percurrit; extra hanc umbram et maculam ordinariam reniformem adest macula sat distincta flavo-fulvida, e squamulis formata; in spatio inter lineam ordinariam intermediam et lineam subterminalem adest umbra fundo obscurior ut in specie sæpe memorata, sed inter hanc umbram et lineam subterminalem nigram, valde dentatam, adsunt maculæ sagittatæ flavo-fulvidæ, interrupte seriatae; margo extra lineam subterminalem fundo obscurior et margo ipse lineolis nigris notatus; cilia fundo concolora. Alæ posticæ albido-cinereæ, erga marginem exteriorem albidæ; margo exterior et strigæ 2—3 transversæ, antrorsum abruptæ, cinerei; ante marginem cinereum fascia dentata flavo-fulvida, antrorsum abrupta; in margine ipso lineolæ nigræ; cilia fundo concolora. Alæ omnes infra albidæ, posticæ punctis discoidalibus, in costis uniseriatis, obsoletis, nigris, sed anticæ macula discoidali obsoleta infuscata strigaque angulata transversa obsoletissima fuscescente ornatæ.

134. *Thalpochares Staudingeri* n. sp. alis albido-stramineis, anticis supra lineolis 2 baseos longitrorsum positis et puncto discoidali nigris, umbra transversa discoidali ferruginante, linea subterminali albicante, maculis nigris radiantibus introrsum spatioque ferrugineo extrorsum annexa. ♂. L. al. exp. 28 millim.

Hab. in Transvaalia. Specimen die 24 Septembris captum.

*Descr.* *Th. ostrinæ* HÜBN. proxime similis; forma alarum et partium corporis eadem. Corpus albido-stramineum, squamulis hinc inde subferrugineis intermixtis. Alæ omnes supra pallide stramineæ, linea marginis ipsius exterioris fuscescente, in alis anticis ad costas interrupta ornatæ; posticæ unicolores,

sed anticæ lineolis 2 baseos longitrorsum positis punctoque ad finem cellulæ nigris ornatae; prima harum lineolarum pone truncum costarum inferiorem et altera pone costam dorsalem locata; umbra transversa, sed fusco-ferruginans, indeterminata et colore fundamentalis intermixta per discum, ut in specie memorata, ducitur; linea ordinaria subterminalis flavo-albicans, omnino ut in specie illa et angulum similem in medio formans; spatium ferrugineum usque in marginem exteriorem et ab eo linea coloris fundi sejunctum hanc lineam consequitur, sed intra lineam eandem et ad eam annexa adest series, postice evanescentes, triangulorum nigrorum, radios plus minus distinctos in costas erga cellulam discoidalem emittentium, sed erga marginem anteriorem minus determinantum. Alæ omnes sunt infra stramineæ; præsertim anticæ fusco-pulverulentæ, serie punctorum nigrorum in margine exteriore ornatae; posticæ puncto obsoleto discoidali notatae; anticæ secundum marginem anteriorum flavidæ strigaque indeterminata transversa ejusdem coloris postice signatae. Cilia utrinque colori fundi concolora, sed alarum anticarum præsertim in parte superiore striga fusca per medium dissecta.

135. *Xanthoptera anachoresis* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 31. Specimen unicum valde læsum.

136. *Xanthoptera murænula* n. sp. capite collarique ferrugineis; alis omnibus supra albis, flavicantibus, anticis puncto minuto discoidali punctisque minutis uniseriatis posterioribus nigris, lineis transversis obsoletissimis ferruginantibus et linea distincta marginis exterioris ferruginea. ♂. L. al. exp. 21 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* *X. africana* SNELLEN Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. 56. t. V. f. 1. 2 simillima, sed absentia fasciæ terminalis fuscae alarum anticarum mox dignota. Caput cum palpis collarique ferrugineum. Thorax albus, flavicante indutum. Abdomen in specimine nostro mutilatum. Alæ omnes supra albæ, præsertim anticæ flavicantes. Alæ anticæ punctum minutum nigrum ad finem cellulæ et lineas transversas rectas 2—3 ferruginantes obsoletissimas atque haud distinguendas extra cellulam discoidalem gerunt; exterior harum linearum in apicem alæ quasi lineola obliqua obscurius excurrit; extra hanc lineam series transversa punctorum minorum nigrorum ex atomis acervatorum a margine interiore usque ad apicem alæ se extendit; in margine ipso exteriore linea distinctissima ferruginea. Alæ posticæ supra unicolores. Alæ omnes infra albo-flavicantes, tenue ferrugineo-pulverulentæ punctoque obsoletissimo discoidali ornatae. Cilia fundo concolora, alarum anticarum extrorsum grisescentia.

137. *Microphysa arvorum* GN. Sp. Gen. VI. 258. Specimen unicum.

138. *Microphysa hypoxantha* WALLENGR. Heteroc. Caffr. 73. Specimen e Transvaalia a speciminibus Caffrariæ nonnihil discrepat. Lineæ ordinariæ transversæ e maculis minutissimis flavis marginis anterioris alarum anticarum oriuntur. Striga flava alarum posticarum tantum exterior ad angulum ani distincta. Maculæ marginis exterioris fulvescente flavæ in parte inferiore alarum anticarum fere desunt, tantum macula apicali et altera anali punctisque interjectis obsoletissimis indicatæ; lineolæ obliquæ marginis anterioris ejusdem partis etiam desunt. De cetero specimen unicum cum speciminibus Caffrariæ bene congruit.
139. *Microphysa Perssoni* n. sp. alis anticis supra fusco-brunneis lineis transversis ordinariis duplicatis, undulatis, nigris, linea intermedia maculam flavidam fusco-signatam terminante lineaque ordinaria subterminali albida marginem rufo-brunneum limitante; posticis fulvo-flavis, supra macula discoidali, angulo anteriore fasciaque transversa abrupta nigro fuscis, infra punctis discoidalibus 5, angulo anteriore flavo-maculato fasciaque transversa abrupta nigro-fuscis; anticis infra fulvo-flavis strigibus duabus transversis, puncto interjecto maculaque magna apicis nigro-fuscis. ♂. L. al. exp. 25 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Deser.* Palpi infra albidii, apicem versus infuscati. Caput cum thorace obscure brunnescente-griseum. Abdomen supra fulvo-flavum segmentis nonnullis nigricantibus (an mutilatis?), infra cum pectore albidum(?). Alæ anticæ supra fusco-brunneæ, hinc inde dilutius brunneæ atque glauco indutæ; lineæ ordinariæ transversæ omnes undulatæ, duplicatæ, nigre; duplicitas earum usque in margine anteriore alæ argillaceo repleta; linea basalis subindistincta; linea extrabasis modice arcuata; umbra mediana simplex, ad marginem alæ anteriorem crassa, sed postice gracilis undulas duas pone cellulam format et cum linea intermedia maculam flavo-argillaceam, cum margine alæ anteriore coherentem, super cellulam discoidalem extensam, limitat; hæc macula in loco maculæ ordinariæ reniformis lineolam coloris fundi, cum fundo postice coherentem, et maculam, cum colore eodem iterum coherentem, includit; linea ordinaria intermedia arcum extra cellulam format, sed duplicitas ejus interior in macula illa flavo-argillacea a duplicitate altera se removet, maculam nominatam persecat et in margine anteriore alæ prope umbram medianam exspirat; macula rotundata ordinaria tantum puncto minutissimo nigro indicata; linea transversa ordinaria subterminalis flavo-albida, undata, in angulo alæ posteriore incipit, in medio angulum acutum erga cellulam discoidalem fere ut in *Th. Staudingeri* format et in macula marginis anterioris alba minuta exspirat; spatium alæ inter hanc lineam et marginem anteriorem brunneum; in margine anteriore prope apicem alæ lineolæ 2 albidæ et in margine exte-



riore ipso linea nigra se præbent; apex ultimus alæ niger; cilia fundo concolora, in apice alæ alba. Alæ posticæ utrinque flavo-fulvæ, supra macula minuta discoidali, angulo anteriore late fasciaque transversa ab eo exeunte nigro-fuscis ornata; hæc fascia ad costam independentem interrupta et ad ramulum subuluarem desinens; in margine interiore linea nigra; alæ infra puncto prope marginem anteriorem, interdum deficiente, maculis 3 transverse positis maculaque postica nigro-fuscis ornata; angulus anterior cum fascia transversa, minime interrupta, sed ad ramulum subulnarem ut in parte superiore desinente, nigro-fuscus; in angulo anteriore nigro-fusco maculæ 2 coloris fundi et in margine ipso exteriori linea nigra observantur; cilia utrinque nigro-fusca, in apice alæ alba et in medio marginis exterioris macula alba notata. Alæ anticæ infra fulvo-flavæ, introrsum pallidiores, strigis duabus transversis maculaque ad finem cellulæ discoidali interjecta nigro-fuscis ornata; ad apicem alæ macula magna nigro-fusca, in margine anteriore alæ macula minuta coloris fundi prope apicem notata; in margine ipso exteriori lineolæ nigræ; cilia nigro-fusca, in apice alæ alba. Antennæ specimini nostro desunt.

140. *Microphysa mustelina* n. sp. alis anticis supra rufo-brunneis lineis transversis ordinariis duplicatis, undulatis, fuscis, linea intermedia in macula flavida desinente lineaque ordinaria subterminali albida; posticis utriusque flavo-fulvis lineola discoidali anguloque anteriore late infuscatis; anticis infra fulvo-flavis punctis discoidalibus 2, striga transversa limboque marginis exterioris lato, flavo-maculato, fuscis. ♂. L. al. exp. 26 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Præcedenti similis, sed signaturis alarum posticarum et partis inferioris alarum anticarum mox dignota. Corpus ut in priore, sed abdomen supra infuscatum. Alæ anticæ supra brunneæ lineis transversis ordinariis fuscis, ut in præcedente formatis et locatis, ornatae, sed linea intermedia postice magis recta nec ita arcuata ut in illa; hæc linea in macula marginis anterioris triangulari et flavo-argillacea, non vero super cellulam discoidalem extensa, desinens, et duplicitas ejus ibi ab altera non ita ut in specie memorata remota; umbra mediana haud distincta; macula ordinaria reniformis elongata, flavo-argillacea, lineola fusca per medium ornata; macula ordinaria rotundata annulo oblongo indistincto haud indicata; linea transversa ordinaria subterminalis ut in specie præcedente posita et formata, postice tamen magis evanescens; lineolæ 2 albæ in margine alæ anteriore ante eam locatæ; linea nigro-fusca in margine ipso exteriori; cilia fundo concolora, in apice alæ albicantia. Alæ posticæ utrinque fulvo-flavæ lunula obsolete discoidali anguloque anteriore late sed indeterminate infuscatis supra ornatae; lunula discoidali distincta, vestigio strigæ incipientis in margine anteriore ma-

culaque magna indeterminata anguli anterioris fuscis infra notatæ; læc macula anguli anterioris maculis 2—3 fulvo-flavis, elongatis, longitrorsum positis est signata; margo ipse exterior lineam nigram utrinque gerit; cilia utrinque fusca, sed apices eorum in angulo alæ anteriore albi. Alæ anticæ infra fulvo-flavæ, puncto in cellula discoidali lunulaque ad finem cellulæ ejusdem fuscis ornatae; striga transversa fusca prope limbum latissimum fuscum marginis exterioris; in hoc limbo lineolæ fulvo-flavæ inter costas longitrorsum positæ et in margine alæ anteriore lineolæ ejusdem coloris 2—3 se præbent; in margine ipso anteriore linea nigra; cilia fusca, sed apices eorum in apice alæ albi. Antennæ specimini nostro desunt.

141. *Cerocala vermiculosa* H.-S. Lep. Exot. f. 134. 135. WALK. List. XIV. 1455. Specimen unicum sat læsum.
142. *Leucanitis euclidioides* GN. Sp. Gen. VII. 276. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 74. WALK. List. XIV. 1443. Specimina die 23 Martis capta.
143. *Leucanitis stolidia* FABR. GN. Sp. Gen. VII. 276. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 74. WALK. List. XIV. 1441. Specimina die 3 Octobris capta.
144. *Bolina revulsa* n. sp. alis anticis supra griseis, lineis 2 transversis argillaceis, interiore recta, exteriori anfractum magnum pone cellulam formante et plagæ fusco-brunnæ, chalybeo-lineatæ annexa, macula ordinaria rotundata punctiformi maculaque ordinaria reniformi, chalybeo-notata fusco-brunneis; posticis griseo-fuscis fasciis 2 indeterminatis albicantibus; omnibus infra albis puncto, fasciis sesquialteris margineque exteriori nigro-fuscis. L. al. exp. 35—38 millim.

Hab. in Transvaalia, mense Octobris capta.

*Descr.* Palpi et antennæ albi. Caput fuscum, postice cum margine anteriore collaris flavo-albidum. Thorax fusco-griseus. Abdomen griseum, infra album, Alarum forma ut in *L. rada* GN. (*roda* H.-S. f. 561. 562). Alæ anticæ supra griseæ, in spatio basali et terminali obscuriores, lineis 2 transversis disci argillaceis ornatae, quarum interior introrsum sed exterior extrorsum est nigro-marginata; linea illa interior fere recta tantum inter costam dorsalem et truncum costarum inferiorem nonnihil arcuata atque maculam marginis interioris fusco-brunnæ, triangularem, ad truncum costarum communem inferiorem extensam, squamulis chalybeis hinc inde notatam, terminat; linea vero illa exterior a margine alæ anteriore usque ad cellulam discoidalem recta, sed ibi anfractum ut in specie memorata, tamen profundiora facit, ut lineam subterminalem indistinctam tangat, et deinde recta in marginem alæ anteriorem excurrit; spatium alæ inter has lineas dilutius et maculis ordinariis nigro-fuscis notatum; macula illa rotundata punctiformis, squamulis chalybeis signata, sed macula illa reni-

formis oblonga, anfractum lineæ transversæ exterioris tangens et lineæ chalybea per medium ornata; spatium inter lineam transversam anteriorem et lineam subterminalem fusco-brunneum, in maculas duas per anfractum lineæ exterioris dissolutum; hæ maculæ lineæ chalybea ornantur; lineæ subterminalis, fundo pallidior, sed haud distincta, ut in *L. rada* formata; margo alæ exterior dense cano-atomatus. Alæ posticæ supra griseo-fuscæ, fasciis 2 discoidalibus albidis ornatæ; fascia harum interior obsoletior et versus marginem anteriorem evanescens, sed fascia exterior abrupto-interrupta et prope angulum ani expirans; basis alæ albido-grisea. Alæ omnes infra albæ margine anteriore late fusco, fasciis 2 transversis punctoque nigris ornatæ; fascia illa exterior alarum anticarum fere recta, in margine alæ anteriore dilatata, sed fascia alarum posticarum undata; fascia illa interior postice abrupta, cellulam tantum percurrit; punctum vero in cellula discoidali situm, in alis anticis est rotundum, sed in posticis oblongum; margo alarum posticarum anterior a basi usque ad fasciam anteriorem fuscus. Cilia fusca, apicibus pallidioribus.

145. *Grammodes bifasciata* PETAGN. Sp. Ins. p. 38. f. 36. *Noct. ammonia* CRAM. t. 250. f. D. *Gramm. ammonia* WALLENGR. Heter. Caffr. 74. GN. Sp. Gen. VII. 278. *Gramm. geometrica* GN. Sp. Gen. VII. 277. WALK. List. XIV. 1442.
146. *Grammodes angularis* BOISD. Fn. d. Madag. 103. t. 13. f. 2. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 75. *Ophiusa angularis* GN. Sp. Gen. VII. 266. WALK. List. XIV. 1426.
147. *Ophisma infinita* GN. Sp. Gen. VII. 242. WALK. List. XIV. 1379. Specimen unicum masculum, die 8 Martis captum, cum descriptione GUENEI optime congruit.
148. *Polydesma landula* GN. Sp. Gen. VII. 441. Specimen detritum ad hanc speciem pertinere videtur.
149. *Polydesma sagulata* n. sp. alis supra griseo-cinereis, parce fusco-atomatis, anticis maculis marginis anterioris 4 nigris, strigas totidem undulatas nigras, distinctas, in alis posticis plus minus continuatas, per discum emittentibus, lineæ subterminali undulata, nigra, extrorsum pallide limbata, in alis posticis continuata, punctoque albo in loco maculæ reniformis; omnibus infra flavicante griseo-albidis, lunulis marginis exterioribus fuscis. ♀. L. al. exp. 52 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* *P. umbricolæ* BOISD. et *P. landulæ* GN. affinis, sed color alarum pallidus, griseo-cinereus, nec pallide brunneus, lineaque subterminalis ordinaria nigra, extrorsum pallida, nec pallida unicolor. *P. determinatæ* WALLENGR. Heteroc. Caffr. p. 79 etiam affinis, sed lineæ subterminalis distincta et striga transversa fusca partis inferioris alarum nulla. Dom. WALKER

in List. XIII. 1041 *O. landulam* (lapso typographico *O. laudulam*) descripsit sed haud ad eam pertineat nostra species, enim margo exterior alarum anticarum fundo concolor, nec brunne-scens. Alæ supra griseo-cinereæ, parce fusco-atomatae, maculas sat magnas nigras in margine anteriore anticarum gerunt, e quibus lineæ 4 ordinariæ transversæ (nempe lineæ basalis, lineæ extrabasalis, umbra mediana et lineæ intermedia), undulatae, nigrae, æqualiter distinctæ, per discum egrediunt et, lineæ basali excepta, in alis posticis continuantur; lineæ ordinaria illa intermedia arcum magnam extra cellulam ad punctum album, in loco maculae reniformis positum, format; lineæ ordinaria subterminalis omnino ut in congeneribus undulata, sed nigra, tantum extrorsum pallide limbata et in posticis continuata; spatium alarum terminale non obscurius, sed fundo concolor; in margine ipso exteriore lunulae nigrae. Alæ omnes infra flavicante griseo-albidæ, nitentes, tenue fusco-atomatae, unicolores, lunulis fuscis in ipso margine exteriore ornatae. Cilia utrinque fundo concolora.

150. *Hyblæa plumicornis* GN. Sp. Gen. VII. 75. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 80. Specimen unicum.
151. *Cyligramma latona* CRAM. t. 13. f. A. BOISD. Fn. d. Madag. 110. GN. Sp. Gen. VII. 188. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 80. WALK. List. XIV. 1309.
152. *Thermesia rubricans* BOISD. Fn. d. Madag. 106. t. 16. f. 1. GN. Sp. Gen. VII. 356. WALLENGR. Heteroc. Caffr. 83. *Azazia rubricans* WALK. List. XV. 1576. Specimen unicum.
153. *Hypena commixtalis* ZELL. Micropt. Caffr. in Act. Acad. Scient. Holm. 1852. p. 8. Specimen unicum, sat detritum.
154. *Hypena fumidalis* ZELL. Micropt. Caffr. p. 7. Specimen unicum sat læsum.
185. *Simplicia (Herminia) extinctalis* ZELL. Micropt. Caffr. p. 13. *S. inarcualis* GN. Sp. Gen. VIII. 52? Color alarum posticarum albidior, quam in speciminibus WAHLBERGII.

#### Fam. Geometridæ.

156. *Jodis invenusta* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. 1863. 150. Öfvers. af K. Vet.-Acad. Förhandl. 1872. 51. Specimen unicum. Frons ferruginea; antennæ maris pectinatae.
157. *Thalassodes vermicularia* GN. Sp. Gen. IX. 359. WALK. List. XXII. 547. Specimen unicum. Genus ad sectionem familiae hujus primam LEDERERI pertinet.
158. *Thalera dilatata* WALK. List. XXII. 594. Alæ integræ. Margo alarum posticarum exterior rotundatus, nec angulatus; angulus analis acutus, nonnihil productus. Antennæ maris



breviter lamellatæ, sed lamellæ latæ, obtusæ, subquadrangulares. Pedes maris postici quadricarati.

159. *Argyris latonaria* GN. Sp. Gen. X. 807. Specimen femineum unicum. Genus ad sectionem familiæ hujus secundam LEDERERI pertinet. Varietas *A. latonariæ*, quam Dom. WALKER in List. XXIII. p. 807 descripsit, ad *A. pythiarum* GN., quæ in Caffraria orientali secundum collectionem WAHLBERGI occurrit, sine dubio referenda. Specimen femineum GUENI non bene erat conservatum, quare descriptio, quam dedit, manca, sed specimen nostrum melius. Tibiæ posticæ calcariibus 4 brevibus armatæ, nec ut in mare ecalcaratæ. Frons alba, nec fusca. GEENE dimidium frontis griseum dixit. Alæ supra albæ strigis transversis 4 pallidissime argillaceis, haud distinctis, extra cellulam discoidalem lineaque tenui subtilissima obscuriore in margine ipso exteriori ornatæ; signaturis aliis squamulisque argenteis omnino carent. Pars inferior alarum omnium alba absque signaturis omni us; linea obscuriore marginis exterioris, quam gerit *A. pythiaria*, plane caret.
160. *Acidalia antiloparia* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. 1863. 151. Öfvers. af K. V.-Acad. Förhandl. 1872. 52. Specimen die 5 Martis captum.
161. *Acidalia gazellaria* WALLENGR. Wien. Ent. Monatschr. 1863. 151. Öfvers. af K. V.-Acad. Förhandl. 1872. 54. Specimen unicum.
162. *Nassunia petavia* CRAM. t. 347. f. F. WALLENGR. Öfvers. af K. V.-Acad. Förhandl. 1872. 55. *Zerene petaviaria* GN. Sp. Gen. X. 222. WALK. List. XXIV. 1137. *Nassunia bu-paliaria* WALK. l. c. 1141. Specimen unicum. Genus ad sectionem hujus familiæ tertiam LEDERERI pertinet.
163. *Coenina poecilaria* H.-S. Lep. exot. f. 192. 193. WALK. List. XX. 218. WALLENGR. Öfvers. af K. V.-Acad. Förhandl. 1872. 55. Specimen unicum masculum. Genus in sectionem hujus familiæ tertiam LEDERERI inserendum.
164. *Lomaspilis Batesii* n. sp. alis albis, anticarum basi, parte fere bitrionali marginis anterioris fasciaque posteriore omnium, cum margine exteriori uno loco coherente nigro-fuscis; puncto minuto discoidali nigro. ♂. L. al. exp. 25. millim.  
Hab. in Transvaalia. Specimen die 3 Octobris captum.  
*Descr.* Statura, forma partium corporis et costarum omnino *L. marginate* LIN., sed antennæ fere densius ciliatæ. Caput cum thorace ut in illâ specie nigro-fuscum. Abdomen album. Alæ omnes utrinque albæ, supra argenteo-submicantes; basis anticarum tota cum parte bitrionali marginis anterioris supra fusca; color ille fuscus baseos pone cellulam discoidalem est transverse abruptus et cum colore fusco marginis anterioris antrorsum cohærit; color fuscus ejusdem marginis minimam

partem anteriorem cellulæ discoidalis et spatium totum inter marginem et truncum costarum superiorem occupat; prope marginem exteriorem alarum omnium fascia transversa lata, fere recta, ab angulo anali al. posticarum usque in apicem al. anticarum extensa, tenet locum, sed marginem ipsum, exteriorem album relinquit, tantum per maculam fuscam in medio cum margine illo ipso cohærit; margo ille de cetero fusco-maculatus. Alæ omnes infra albæ, fascia transversa, sed pallidiore, ut in parte superiore ornatæ; alæ anticæ ad marginem anteriorem, ubi in parte superiore fuscæ, tantum infuscatae. Punctum discoidale minutum nigrum utrinque se præbet. Cilia utrinque alba.

165. *Ellopia Walkeri* n. sp. alis anticis supra pallide flavo-ochraceis, linea transversa recta obscuriore, pallide marginata, oblique in apicem excurrente, sat obsoleta, linea interiore recta obsoletissima punctoque minutissimo discoidali obscuro; posticis albidis, ad marginem interiorem flavescens lineaque obsoletissima transversa, antrorsum abrupta, obscuriore; omnibus infra flavo-albidis, unicoloribus. ♂. L. al, exp. 26 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Forma alarum et partium corporis omnino *E. fasciariæ* LIN. sed species multo miuor. Ab *E. inflectaria* WALK. List. XXV. 1511 lineis transversis alarum anticarum et ab *E. convexaria* WALK. forma alarum anticarum et parte unicolore alarum omnium inferiore, secundum descriptionem, differt. Caput cum thorace pallide flavo-ochraceum. Abdomen flavo-albidum. Alæ anticæ supra pallide flavo-ochraceæ linea exteriore transversa recta, quam color fundi obscuriore, extrorsum pallide limbata ornatæ; hæc linea in margine alæ interiore fere ad partem ejus bitrientalem incipit, deinde extra cellulam discoidalem usque in marginem alæ anteriorem oblique se extendit et fere in ipso apice alæ desinit; linea altera sed adhuc obsoletior per discum et cellulam discoidalem currit. Alæ posticæ albidæ, ad marginem interiorem latissime flavicantes et in hoc colore linea obsoletissima recta obscuriore, ut continuatio lineæ exterioris alarum anticarum, sed in colore albo omnino deficiens, se præbet. Alæ omnes infra flavo-albidæ, unicolores, lineis transversis plane caret. Punctum ad finem cellulæ discoidalis alarum anticarum in parte superiore sat distinctum, sed in parte inferiore haud distinguendum.

166. *Epione transvisaria* GN. Sp. Gen. IX. 98. WALK. List. XX. 122. WALLENGR. Öfvers. af K. V.-A. Förhandl. 1872. 55. Specimen unicum.
167. *Macaria Kirbyi* n. sp. alis supra griseo-testaceis lineis transversis fuscis, anticarum 3 posticarum 2, exteriore distincta et ad marginem anteriorem angulatim fracta, marginem exteriorem latissime obscuriorem umbraque fusca ornatum, terminante;

omnibus infra pallidioribus ut supra signatis. ♂. L. al. 33—35 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Alarum forma ut in *M. signaria* HÜBN., sed alæ posticæ magis dentatæ, dens tertius ab angulo anteriore non-nihil major, quare alæ obsolete angulatæ; alæ anticæ integræ, neque dentatæ nec angulatæ, sed magis rotundatæ, quam in specie memorata. Caput cum thorace testaceo-griseum. Abdomen testaceum, immaculatum et unicolor. Alæ omnes supra griseo-testaceæ, atomis fuscis et brunneis conspersæ, præsertim inter lineam externam et marginem externam densius atomatæ, quare spatium illud multo obscurius, a colore pallidior per lineam externam disjunctum; linea illa, spatium descriptum terminans, reliquis distinctior, gracilior, fusca, a margine interiore alarum posticarum extra cellulam discoidalem usque ad marginem anteriorem alarum anticarum ducitur, sed ibi ante exitum et contra cellulam angulatim fracta et angulum erga marginem externam vertens; hæc linea in alis posticis modice arcuata, haud undulata et in alis anticis usque ad angulum suum fere recta; in spatio extra lineam illam umbra observatur latior, communis, submaculiformis, adhuc obscurior, quæ in alis anticis prope angulum lineæ interrupta et cum anfractu hujus lineæ litteram Y-formem ad marginem alæ anteriorem format, sed hæc littera interdum obsoleta. Linea transversa altera communis lata atque fasciæformis discum alarum ad finem cellulæ discoidalis persecat, sed obsoletior est nec ita determinata ut linea jam descripta; linea tertia transversa ad basin propius accedit, sed valde obsoleta et tantum in alis anticis observatur; hæc lineæ in maculis obliquis distinctioribus marginis anterioris alarum anticarum desinent; ad finem cellulæ discoidalis punctum l. lineola nigra. in alis posticis sat distincta, sed in anticis obsoleta atque deficiens, in linea ipsa transversa intermedia tenet locum. Alæ omnes infra pallidiores, sed ut in parte superiore signatæ. Cilia fundo concolora, sed in alis anticis obscure submaculata.

168. *Osteodes turbulenta* GN. Sp. Gen. X. 177. WALK. List. XXIV. 1061. A descriptione l. c. data specimina nostra alis posticis supra versus marginem externum late infuscatis et in fuscedine maculis fundi ornatis tantum differunt. Specimen alterum e Caffraria in collectione WAHLBERGI exstat, quod varietas sit hujus speciei. Margo exterior alarum omnium late infuscatus, linea coloris fundi apicali in alis anticis intersectus; alæ omnes infra osseo-albæ, unicolores, tantum anticæ in disco fuscedine subinctæ. Specimen WAHLBERGI valde læsum. Genus in tertiam hujus familiæ sectionem LEDERERI inserendum.
169. *Tephрина (Eubolia* LED.) *deerraria* WALK. List. XXIII. 962. WALLENGR. Öfvers. af K. V.-A. Förhandl. 1872.

170. *Tephrina* (*Eubolia* LED.) *defectaria* WALK. List. XXIII. 962. Specimen unicum.
171. *Tephrina dataria* WALK. List. XXIII. 961. Specimen unicum.
172. *Tephrina incessaria?* WALK. List. XXIII. 962, sed specimen valde læsum.
173. *Tephrina observata?* WALK. List. XXIII. 963. Specimen sat detritum.
174. *Tephrina acrobelia* n. sp. alis utrinque pallide testaceis lineis transversis, anticarum tribus, posticarum duabus lineaque marginis ipsius exterioris fusco-ferrugineis; puncto discoidali partis inferioris distincto. ♀. L. al. exp. 28 millim.  
Hab. in Transvaalia.  
*Descr.* Alæ rotundatæ, integræ, utrinque albido-testaceæ, supra fusco-atomatæ, infra ochraceo fuscoque atomatæ, lineis transversis discoidalibus integris, nec undatis, anticarum tribus, posticarum duabus, fusco-ferrugineis utrinque ornatæ; linea exterior reliquis distinctior, in alis posticis fere recta et tantum ad marginem anteriorem obsolete incurvata; linea altera communis ad finem cellulæ discoidalis discum percurrit, sed linea tertia tantum in alis anticis ad basin propior adest. In margine ipso exteriore alarum omnium linea gracilis, ceteris concolor, ad basin ciliorum utrinque adest. Punctum fuscum ad finem cellulæ discoidalis tantum in parte inferiore alarum omnium adest. Cilia fundo concolora.
175. *Eubolia* (*Ortholitha* LED.) *megalaria* GN. Sp. Gen. X. 489. WALK. List. XXV. 1439. WALLENGR. Öfvers. af K. V.-A. Förhandl. 1872. 57.
176. *Camptogramma quaggaria* WALLENGR. Öfvers. af K. V.-A. Förhandl. 1872. 56.
177. *Conchylia pactolaria* WALLENGR. Öfvers. af K. V.-A. Förhandl. 1872. 55. Mas feminæ similis. Genus ad sectionem LEDERERI quartam hujus familiæ pertinet.

### Fam. Pyralides.

178. *Pyralis secretalis* n. sp. alis anticis in medio sordide ochraceis, basi margineque exteriore late fuscis, striga postica haud flexuosa, macula discoidali punctisque marginis exterioris fuscis, margine anteriore fusco, sordide ochraceo-maculato; posticis utrinque et anticis infra infuscatis, punctis marginalibus fuscis uniseriatis. ♂. L. al. exp. 21 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Species *P. farinali* LIN. colore costisque alarum posticarum sat similis, sed antennis palpisque longe diversa. Costæ alarum anticarum etiam eadem, quantum ex ala non



denudata dejudicare liceat. Palpi labiales elongati, thoracis fere longitudine, porrecti; articulus secundus crassus, squamosus, latus, apice oblique truncato, sed articulus tertius suberectus cylindricus apice acuto, tertiam fere partem articuli secundi longitudine æquans et in margine hujus superiore insertus; apex itaque articuli secundi infra articulum tertium longe productus. Palpi maxillares distincti, filiformes. Color palporum omnium sordide ochraceus squamulis intermixtis fuscis in palpis labialibus. Caput cum antennis sordide ochraceum. Antennæ biserialiter ciliatæ; cilia vero longissima, crassa, versus apicem antennarum sensim breviora, ut antennæ pectinatae appareant. Pedes — — Thorax supra infuscatus, sed in specimine nostro sat denudatus. Abdomen ochraceum. Alæ anticæ quam in *P. farinali* acutiores, supra ad basin et marginem anteriorem, ubi apud hanc speciem glauco-brunnæ, apud nostram speciem fuscae; per medium sordide ochraceæ, hinc inde fusco-pulverulentæ; spatium baseos fuscum omnino ut in specie memorata formatum, sed striga transversa albida hujus speciei apud speciem nostram plana nulla; spatium marginis exterioris fuscum indeterminatum et colore fundi intermixtum ut alæ tantum diffuse infuscatæ ibi sint; in fuscetudine illo striga transversa pallida, fundo concolor, sed non ita expressa ut in illa specie et in margine anteriore alarum ad apicem propior observatur. Hæc striga haud flexuosa. Margo alarum anticarum anterior gracile fuscus, sed maculis 8—9 minutis fundo concoloribus notatus. Ad finem cellulæ alarum anticarum macula adest subquadrata, sat magna fusca, et in margine ipso exteriori puncta uniseriata, distincta, fusco-nigra se præbent. Alæ posticæ utrinque albidæ, infuscatæ punctis marginalibus fuscis distinctis et in parte inferiore striga transversa obscuriore ornata. Alæ anticæ infra magis infuscatæ macula discoidali maculisque minutis marginalibus fuscis ornatae et maculis marginis anterioris pallide ochraceis notatae. Cilia utrinque albida.

179. *Tegostoma subditalis* ZELL. Micropt. Caffr. 25. ♂♀ cum descriptione l. c. dato plane congruunt.
- 180? *Botys divulsalis* ZELL. Micropt. Caffr. 47 in nota? Specimen nostrum a descriptione vitta superiore discoidali alarum anticarum non solum ad costam transversam, sed etiam in medio cellulæ fusco-interrupta differt. Hæc itaque e maculis 3 nec 2 formatur, quod tantum varietatem forte designet. Speciem vero ZELLERI non vidimus.
181. *Botys diversalis* HÜBN. H.-S. f. 91. Specimen unicum.
182. *Nomophila noctuella* W. V. HEINEM. Schm. II. 1. 2. p. 91. *P. hybridalis* HÜBN. 114. 184. *Stenopteryx hybridalis* ZELL. Micropt. Caffr. 51. GN. Sp. Gen. VIII. 414. WALK. List. XIX. 812. Specimina plura.

183. *Eudiptis capensis* ZELL. Micropt. Caffr. 52. Ab *E. indica* SAUND. GN. Sp. Gen. VIII. 297 alis anticis acutioribus, posticarum limbo rectilineo minusque longe adversus angulum analem attenuato diversa. Dom. WALKER (List. XVIII. 514) has duas commiscuit.
184. *Zinckenia recurvalis* FABR. ZELL. Micropt. Caffr. 56. *Hydrocampa albifascialis* BOISD. Fn. de Madag. 119. t. 16. f. 1. *Spoladea recurvalis* GN. Sp. Gen. VIII. 225. *Hymenia recurvalis* WALK. List. XVII. 396. Specimen unicum.
185. *Scopula martialis* GN. Sp. Gen. VIII. 398. Specimen unicum forte hujus speciei, sed admodum detritum nec certe determinandum.
186. *Lepyrodes piabilis* n. sp. alis ochraceis, anticarum apice margineque exteriori supra fusco-nigris, maculis omniumutrinque albo-hyalinis, nigro-cinctis, anticarum 10, posticarum 6; ciliis anticarum fuscis, albo-maculatis, posticarum albis, fusco-maculatis. ♂. L. al. exp. circiter 18 millim.  
 Hab. in Transvaalia. Specimen unicum vidimus.  
*Descr.* Species *L. geometrali* GN. Sp. Gen. VIII. 278. t. 8. f. 6 affinis, sed alæ anticæ in apice et margine exteriori oblique atque late fuscæ; maculæ alarum etiam magis numerosæ. Corpus utrinque ochraceum, fusco-atomatum; maculæ abdominis dorsales et margines ventrales segmentorum maculæque lateralis pectoris albæ. Pedes albi, extrorsum corpori concolores. Alæ omnes utrinque ochraceæ; hinc inde nigro-fusco atomatæ et lineolatæ; anticæ in apice et margine exteriori, sed tantum in parte superiore, oblique fusco-nigræ; in limite interiori hujus coloris maculæ 2 albo-hyalinæ, elongatæ observentur, quarum anterior nonnihil introrsum locata, sed ambæ per costas duas fuscas in maculis 3 divisæ; versus angulum alæ posteriorem macula ejusmodi, sed lunata et in 2 per costam fuscam divisa, se præbet; hæc macula cum macula hyalina magna subquadrangulari, ad finem cellulæ locata et per costam in maculis 2, valde irregularibus divisa, per locum nigro-fuscum conjungitur; in cellula discoidalis maculæ 2 albido-hyalinæ, sed rotundatæ tenent locum; pone cellulam discoidalem maculæ denique 4 ejusdem coloris se præbent, quarum duæ subrotundatæ, antepositæ et fere connatæ versus basin alæ sed duæ inæquales extrorsum sunt locatæ; harum duarum exterior est rotundata atque minor, sed interior subtrapeziformis atque major. Alæ posticæ maculam transversam, sinuatam ad basin, cum altera per marginem interiorem album coherentem, maculam elongatam in angulum analem excurrentem, maculam maximam postice multilobatam ad finem cellulæ discoidalis, maculam minorem et rotundatam et denique maculam elongatam per costas 2 fuscas in tribus divisam, versus apicem gerunt; hæ maculæ omnes albo-hyalinæ et in alis omnibus

nigro-circumcinctæ. Margo anterior alarum posticarum ante maculam cellulæ et anguli anterioris nigro-fuscus. Alæ in parte inferiore ut in superiore fere coloratæ et signatæ. Cilia alarum anticarum nigro-fusca, maculis gracilibus albis ornata; sed cilia alarum posticarum alba, maculis transversis fuscis ad basin ornata.

187. *Ancylolomia capensis* ZELL. Micropt. Caffr. 70. Gen. et Sp. Chilonid. et Cramb. 11. 5. A Dom. WALKER cum *A. chrysographella* et *A. locupletella* commixta. Vide List. XXVII. 184. Antennæ in specimine nostro masculo confertim denticulatæ l. potius breviter pectinatæ, fere ut in *A. tentaculella* HÜBN.
188. *Ancylolomia mirabilis* n. sp. antennis maris breviter pectinatis, palpis brevibus, alis anticis supra flavidis, cellula discoidali ramulisque costarum fulvescentibus, hinc inde nigro-atomatatis, intervallis earum metallice lineatis, costa dorsali erga basin fusco-circumdata, intervallo strigarum antemarginalium angustulo strigaeque intermedia infra medium dentata; alis posticis albido-griseis. ♂. L. al. exp. 29—31 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Speciei præcedenti similis, sed colore alarum posticarum mox distincta. *A. chrysographellæ* KOLL. etiam affinis, sed fascia alarum anticarum transversa ante puncta marginalia est continua nec interrupta. Ab *A. Westwoodi* costa dorsali erga basin alarum anticarum fusco-circumdata et a reliquis hujus generis absentia signaturarum albarum differt. Forma alarum et magnitudo palporum omnino præcedentis. Antennæ nonnihil longius dentatæ; dentes erga apicem sensim evanescentes, crassi, ciliati, intervallis angustis distantes. Palpi cum capite flavo-ochracei; tegulæ humerorum grisescentes. Thorax in medio — — — Abdomen album. Alæ anticæ supra pallide flavidæ, cellula discoidali, ramulis costarum, ex ea exeuntibus, fulvescentibus, ut color fundi instar vittarum, e basi orientium, ad marginem anteriorem, pone cellulam et forte etiam in dorso marginis interioris (specimina nostra ibi sat læsa) se præbent; vitta illa, ad marginem anteriorem locata, fere usque in apice alæ ducta, sed vitta pone cellulam locata non ultra hanc ducitur. In cellula ipsa discoidali adsunt lineæ 2 longitrorsum positæ, metallice nitentes, sed intervallum fulvum atomis nigris uniseriatis notatum. Ramuli costarum, e cellula discoidali orientes, etiam præsertim prope cellulam hinc inde nigro-atomati et intervalla flavida sunt metallice lineata, sed lineæ illæ minime ad marginem alæ exteriorem productæ. Costa subdorsalis erga basin fusco-circumdata, sed hic color fere in medio alæ evanescit. Strigæ transversæ tres marginis exterioris, quas gerit *A. capensis*, etiam apud nostram speciem adsunt; hæ omnes integræ nec ut in *A. chrysographella* in fasciam unicam interruptam congestæ; striga interior gracilis fulvescens, intervallo gracillimo a striga sequente disjuncta; striga intermedia metallice nitens, dentem minutum,

sed in specimine altero valde acutum pone medium erga marginem exteriorum emittens; striga exterior omnino ut in specie præcedente formata et nigro-punctata; intervalla inter strigas has duas atque inter eas et marginem exteriorem æqualia, fundo concolora, interdum albida. Cilia ut in præcedente. Alæ posticæ utrinque albido-griseæ, sed infra versus marginem anteriorem pallidiores. Alæ anticæ infra ut in specie præcedente. A Dom. WALKER cum *A. chrysographella* forte commixta.

189. *Crambus heliocaustus* n. sp. alis supra pallide ferrugineo-flavis, metallice nitentibus, hinc inde fusco-atomatis, ad marginem late fuscis, puncto ad finem cellulæ, altero pone cellulam punctisque marginalibus nigris; posticis utrinque albidis, infra ad marginem anteriorem fuscis. L. al. exp. 29 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Forma alarum fere *C. hortuelli*, sed alæ anticæ latiores et margo exterior fere rectus. Palpi pallide flavi, in latere exteriore obscuriores. Caput cum macula media collaris flavidum. Thorax fuscus, sed in medio — — Alæ anticæ supra pallide ferrugineo-flavæ, metallice nitentes, squamulis fuscis inde sparsis; margo anterior a basi usque ad apicem, sed ibi gracilius, griseo-fuscus, qui color spatium inter marginem ipsum et cellulam plane replet; punctum in disco pone cellulam majus, alterum ad finem cellulæ minus, ambo nigra; punctum minutum nigrum ad basin alæ in costa ipsa dorsali; puncta minuta nigra in margine ipso exteriore uniseriata. Alæ posticæ utrinque sordide albidæ, infra ad marginem anteriorem late griseo-fuscæ. Alæ anticæ infra griseo-fuscæ. Cilia — — Abdomen speciminis nostri fractum, sed rudimenta antennarum marem designent.

190. *Chilo recalvus* n. sp. palpis brevioribus, alis anticis oblongis, subacutis, supra stramineis, fasciis duabus transversis posticis macularibus, interiore latiore, vitta, punctis 2—3 pone cellulam, punctisque marginalibus uniseriatis griseo-canis; posticis albis margine late cinerassente. ♂. L. al. exp. circit. 26 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Costæ hujus generis. Alæ posticæ pectinatæ, sed tantum in parte superiore; pecten partis inferioris forte detritum. Palpi labiales vix ultra duplicem oculi diametrum longi, sat lati, subæquales. Antennæ sat crassæ. Alæ anticæ elongatæ, sensim dilatatæ, subacutæ, margine exteriore obliquo, supra stramineæ; a basi vitta griseo-cana per cellulam discoidalem fere usque ad costam transversam ducitur; lineolæ duæ ejusdem coloris connatæ, ubi desinit vitta, tenent locum; pone vittam maculæ 2—3 ejusdem coloris rotundatæ, quarum 2 ad costam subdorsalem et tertia, quum adsit, ad exitum ramuli subulnaris e trunco communi superiore observantur; fasciæ



transversæ duæ griseo-canæ, a margine interiore apicem alæ oblique spectantes, extra cellulam se præbent; hæ fasciæ e maculis plus minus confluentibus sunt compositæ, et fascia interior est latior et erga apicem alæ gracilior, sed apicem ipsum non attingit; fascia exterior multo gracilior et e maculis magis disjunctis formata fere ad apicem alæ ducitur. In margine ipso exteriori adest series punctorum fuscorum. Alæ posticæ utrinque albæ, supra erga marginem anteriorem late grisescentes, infra albidiores, linea marginali fusca gracillima utrinque ornatæ. Alæ anticæ infra infuscatae, ad marginem anteriorem flavidæ, in margine exteriori linea fusca ornatæ.

191. *Ematheudes straminella* SNELLEN. Tijdschr. v. Ent. Ser. 2. VII. 107. t. VIII. f. 9.
192. *Anerastia sabuletella* ZELL. Micr. Caffr. 73. Specimen unicum sat detritum forte ad hanc speciem pertineat.
193. *Hypochalcia* sp. in collectione adest, quum vero specimen sat læsum, descriptionem dare non ausus sum.
194. *Melissoblaptēs murinus* n. sp. alis anticis elongatis, supra griseo-canis, squamis intermixtis hinc inde fuscis, strigis 2 transversis dentatis circuloque ad finem cellulæ obscurioribus, punctis marginis exterioribus uniseriatis nigricantibus; posticis albidis, subdiaphanis. ♀. L. al. exp. 37 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura, forma et costæ alarum fere *M. foedelli*, sed palpi nonnihil longiores atque magis squamati et frons fere ut in *Aphonia colonella* fasciculata. Alæ anticæ elongatæ, graciles, subæquales, supra griseo-canæ, squamis fuscis, præsertim versus marginem anteriorem et posteriorem densioribus, intermixtis. Strigæ transversæ 2 obscuriores per discum omnino ut in *A. colonella* dentatæ et locatæ; spatium inter basin alæ et strigam anteriorem quasi flavidum, minus fuscosquamosum; spatium inter strigas duas iterum obscurius et striga exterior extrorsum quasi pallide limbata. Ad finem cellulæ circulus obscurus, in medio albidus. In margine ipso exteriori series punctorum nigrorum se præbet. Alæ posticæ utrinque albidæ, fumosæ, diaphanæ, nitentes, versus apicem infuscatae, infra ad marginem anteriorem grisescentes. Alæ anticæ infra posticis obscuriores, ad marginem anteriorem et posteriorem canescentes, circum exitum costarum infuscatae. Cilia omnia utrinque fundo concolora.

#### Fam. Tineides.

195. *Euplocamus stupeus* n. sp. capillis ferrugineis; alis anticis supra flavicante albis, costa ad basin, squamulis hinc inde in maculis et punctis sine ordine condensatis fuscis; posticis sor-

dide flavido-albicantibus; ciliis unicoloribus. ♂. L. al. exp. 23 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Antennæ, palpi et lingua specimini nostro desunt. Alarum forma omnino *E. morelli*, at species major. Alæ anticæ supra albæ, obsolete flavicantes, minime nitentes; margo ipse anterior erga basin nigro-fuscus, erga apicem flavus; squamulæ fuscæ in punctis l. maculis minutis hinc inde sine ordine et præsertim extra cellulam condensatæ; squamulæ nonnullæ strigas punctorum transversas 2 irregulares per discum formant; cilia fundo concolora, nec maculata. Alæ posticæ utrinque sordide flavo-albicantes. Alæ anticæ infra fuscæ, margine anteriore et exteriori gracile fuscis.

196. *Blabophanes speculella* ZELL. Micropt. Caffr. 89. Specimen unicum.

197. *Blabophanes pellucida* n. sp. capillis ochraceis; alis anticis supra nigro-fuscis, nitidis, margine inferiore a basi usque in angulo posteriore punctoque discoidali pellucido flavis; posticis fuscis. ♂. L. al. exp. 15 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Forma alarum præcedentis. Capilli ochracei. Thorax supra — — Antennæ nigrae. Alæ anticæ supra obscure nigro-fuscæ, nitentes, squamulis minutis flavicantibus præsertim versus marginem anteriorem et apicem intermixtis; margo interior a basi usque in ciliis anguli posterioris flavus; hic color ad basin alæ late incipit et deinde sensim decrescit; ad finem cellulæ discoidalis punctum sat minutum flavidum, pellucidum. Cilia certo situ pallida, erga apicem alæ obscura, sed serto situ fuscescentia, tantum in angulo posteriore, ubi color flavus marginis interioris exit, flava. Alæ posticæ utrinque fuscæ, nitore flavo, ciliisque pallidis. Alæ anticæ infra nigro-fuscæ, macula discoidali pellucida ut in parte superiore; cilia pallida. Species de *B. ferruginella* HÜBN. monet, sed vitta flava alarum anticarum ad basin latior, extrorsum sensim attenuata, nec in medio incisa, et alæ anticæ lineolis obliquis subapicalibus in margine anteriore plane carent. *Tinea rutilicostella* SAINT. Trans. Ent. Soc. 1860. p. 221 ex Africa meridionali etiam affinis, sed margine anteriore alarum minime flavo mox diversa.

198. *Tinea gigantella* SAINT. Trans. Ent. Soc. 1860. 221. *T. lucidella* WALK. List. XXVIII. 474. Specimina cum descriptione bene congruunt.

199. *Cryptolechia haresiella* n. sp. alis anticis supra fusco-squamosis, squamulis flavidis intermixtis, fasciis 3 transversis, flavidis, posteriore arcuata, maculaque discoidali fusca; posticis flavo-albidis. ♀. L. al. exp. 22—23 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Forma alarum *C. sareptensis* MOESCHL. Wien. Ent. Monatschr. 1862. p. 141. tab. 1. f. 14, sed costæ cum descriptione non congruunt. Costa dorsalis alarum anticarum ad basin simplex, nec radix ejus duplex; ramulus styloideus et glenoidalis in trunco longo conjuncti ex angulo cellulæ posteriore, ramulus ca. palis biramosus, in marginem alarum anteriorem excurrens, cum ramulo metacarpali, in margine alarum exteriore desinente, in trunco communi sat longo conjunctus, ex angulo cellulæ anteriore et ramulus sesamoideus pone ramulum metacarpalem e cellula orientes; ramulus radialis et subradialis alarum posticarum et iterum ramulus styloideus et glenoidalis in trunco communi conjuncti e cellula orientes. Lingua fere nulla. De cetero cum dignosi generis a Dom. ZELLERO in Micropt. Caffr. p. 106 data bene conveniunt specimina nostra feminea. Alæ anticæ supra fuscosquamosæ squamulis flavis intermixtis fasciisque tribus flavidis transversis ornatae; fascia harum interior prope basin alæ non ita expressa ut reliquæ et squamulis fuscis commixta; fascia intermedia undata, sat lata, a margine anteriore ad partem marginis interioris trientalem ducta; fascia exterior in parte marginis anterioris trientalem incipit, extra cellulam ad angulum hujus posteriorem ducitur, deinde arcum obliquum format et denique fere recta in margine interiore nonnihil intra angulum alæ posteriorem desinit; spatium itaque fuscum baseos in parte duas per fasciam interiorem dividitur, sed spatium discoidale fuscum fasciis reliquis limitatur; hoc spatium per medium est pallidius, squamulis flavidis magis commixtum, tantum ad limitem fasciarum obscurius fuscum; ad finem cellulæ punctum sat magnum fuscum gerit; spatium extra fasciam exteriorem squamulis flavidis magis commixtum et color ejus fuscus in margine alæ exteriore quasi denticulatus. Alæ posticæ utrinque et anticæ infra flavo-albidæ. Cilia flavo-albida, in parte superiore alarum anticarum sordidiora.

200. *Lecithocera anthologella* n. sp. antennis, palpis, fronte lineaque occipitis flavis; palporum basi alisque anticis supra brunneo-fuscis; alis posticis flavidis, infuscatis. ♂. Long. al. exp. 19 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Simillima *L. luticornellæ* ZELL., sed alis posticis flavidis, infuscatis, nec fusco-cinereis mox distincta; *L. flavissimellæ* MANN. etiam affinis, sed alis anticis brunneo-fuscis, nec flavis differt. Palpi flavi; articulus basalis et basis articuli intermediæ extrorsum brunnei. Antennæ flavæ. Frons flava. Caput brunneo-fuscum linea flava ad oculos ornatum. Thorax brunneo-fuscum. Pedes flavi, sed antice cum femoribus intermediis antrorsum fuscis; tibiæ pedum posteriorum squamulis fuscis intermixtis. Alæ anticæ supra brunneo-fuscæ, unicolores, nisi margo anterior tenuissime flavus. Cilia fundo

concolora. Alæ posticæ flavidæ, præsertim infra infuscatæ l. fusco-fumatæ. Alæ anticæ infra pallide fuscae.

### Fam. Pterophoridæ.

201. *Aciptilia albida* ZELL. LIN. Ent. VI. 397. Micropt. Caffr. 118. WALK. List. XXX. 648. Specimen unicum.

### Fam. Alucitidæ.

202. *Alucita Butleri* n. sp. palporum articulo ultimo brevissimo ascendente; palpis, capite thoraceque supra albicantibus; alis supra gilvescentibus, fasciis tribus obscure cinereis, infuscatis, albo-marginatis, posteriore in digito secundo interrupto in macula marginali digiti primi unicam coarctata; maculis marginalibus digiti primi 6, tertia medium digiti non attingit. L. al. exp. 11—12 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Ad *A. palodactylam* ZELL. proxime accedit, sed color alarum gilvescens, nec albidus et digitus primus reliquis concolor fasciaque exterior in digito secundo interrupta. Thorax cum capite palpisque supra albidus; palpi in latere exteriori infuscatis; articulus eorum ultimus erectus, nec horizontalis, fuscus, brevissimus, tantum nonnihil e pilositate articuli secundi exsertus. Hac in re nostra species cum *A. zonodactyla* ZELL. convenit, sed articulus ultimus palporum ascendens, nec horizontalis maculæque marginales digiti primi 6, nec 7. Alæ supra gilvescentes fasciis tribus obscure cinereis transversis, albo-marginatis, ornatae; fascia harum interior, e macula marginali digiti primi tertia, mox ante fissuram locata, oriens, est in digito tertio usque in digito sexto sensim latior et magis fusca, deinde iterum gracilior, attamen in digitis tequentibus continuata et ibi plus minus infuscata; fascia intermedia, e macula marginali digiti primi quinta, maculæ tertiæ magnitudine æquali, oriens, est in digito tertio fusca, in digito secundo fuodo concolor et itaque interrupta, in digito quarto tantum macula alba indicata et in digitis sequentibus squamulis fuscis ad colorem album plus minus notata; fascia exterior, e macula marginali digiti primi sexta et minore oriens, tantum maculis fuscis minutis in digitis omnibus est indicata; in apice digitorum omnium punctum fuscum. Cilia digitorum grisescentia, ad maculas albas, fascias transversas limitantes, alba.

## II. NEUROPTERA.

1. *Crysopa vulgaris* SCHNEID. Monogr. p. 68. t. 8. WALK. List. Neur. II. 239. M'LACHL. Trans. Ent. Soc. 1868. 200. WALLENGR. Skand. Neur. in Act. Acad. Scient. Holm. Tom. IX. N:o 8.



p. 23. Specimina ab europæis tantum genis flavidis nec purpurascensibus diversa. Dom. WALKER l. c. p. 238 speciem ex Africa occidentali descripsit, quam *Ch. congruam* nominavit. Hæc forte est eadem ac nostra species, sed de cursu costulæ transversæ interioris inter ramulum radialem et ramulum ulnarem silet, quare quæstionem solvere non possumus. Genæ flavæ speciminum nostrorum saltem differentiam nullam specificam præbunt et de cetero specimina africana cum europæis omni modo conveniunt.

2. *Notochrysa Mac Lachlani* n. sp. flava; capite articulisque 2 basalibus antennarum flavis; antennis nigris; prothorace lineolis 2 transversis obliquis in utroque latere fuscis; abdomine nigro maculis dorsalibus magnis uniseriatis, maculis lateralibus et segmentorum ventralium marginibus posticis gracillimis flavis; costulis transversis areolæ costalis ad costam subcostalem plus minus obsolete, ramulo subradiali fere toto, costulis transversis ante et pone eum fere totis, serie costularum gradatarum antica, costulis transversis pone eam, costulis basalibus marginis interioris, costula transversa pone areolam ulnarem tertiam maculaque trigona marginis interioris fusco-nigris. L. al. exp. circit. 40 millim.

Hab. in Transvaalia.

*Descr.* Statura *N. fulvicipitis* at major et aliter colorata. Caput flavum in fulvedinem vertens, forte in animalculo vivo fulvum. Antennæ nigræ, articulis 2 baseos flavis. Os cum partibus flavum. Thorax pallide flavus; prothorax latior quam longus, supra depressus, excavatus, lineolis 2 transversis obliquis in utroque latere; hæc lineolæ in margine laterali exeunt, sed in medio prothoracis non cohærunt; mesothorax linea transversa nigra ad marginem anteriorem punctoque sat magno fusco in utroque bubone ornatus; metathorax unicolor videtur, sed in nostro specimine mutilatus. Pectus flavum, fusco-maculatum, sed in specimine nostro læsum. Pedes flavi; antici macula minuta fusca ad basin tiliarum in latere anteriore notati; intermedii annulo fusco prope apicem femorum ornati; postici annuli vestigium ejusmodi gerunt; tarsi omnes obscuriores. Abdomen nigrum maculis maximis flavis uniseriatis in dorso maculisque ejusdem coloris uniseriatis sed elongatis in utroque, latere signatum; margo posterior segmentorum ventralium gracillime flavus; segmenta postica abdominis in specimine nostro fracta. Alæ quam in *N. fulvicipite* acutiores, fere ut in *N. variegata* formatae, omnes virescentes costis viridibus. Costulæ transversæ areolæ costalis ad costam subcostalem fusco-nigræ, basales latissime fusco-nigræ, sed reliquæ tantum punctatæ et posticæ unicolores. Costula transversa baseos inter costam subcostalem et ramulum radialem tota nigra. Ramulus subradialis usque ad pterostigma fusco-niger, maculis virescentibus. Costulæ transversæ inter ramulum subradialem et ramulum radialem fusco-

nigræ, ad ramulum illum virescentes, pone pterostigma unicolors, virescentes. Series costarum gradatarum anterior nigra, sed posterior virescens. Costulæ transversæ inter has series fere totæ fusco-nigræ, tantum ad seriem posticam breviter virescentes, sed costulæ transversæ inter seriem illam anteriorem et ramulum subradialem dimidiatim fusco-nigræ. Ramulus ulnaris, ubi series costarum gradatarum anterior eum attingit, late niger, et costulæ transversæ, quæ cum eo ibi conjunguntur, etiam prope eum fusco-nigræ. Costula transversa baseos et costula transversa tertia pone ramulum subulnarem, hæc vero latius, fusco-nigræ. Costulæ transversæ baseos, in marginem anteriorem exeuntes, ad marginem ipsum late fusco-nigræ et ad exitum costæ subdorsalis in margine interiore macula trigona ejusdem coloris, fere ut in *N. variegata*, tenet locum. Pterostigma virescens, macula fusca, non vero ita distincta ut in *N. varia* ornatum. Alæ posticæ ut anticæ coloratæ, sed costulæ areolæ costalis, costulæ baseos et marginis interioris virescentes et macula trigona nigro-fusca nulla.

3. *Termes fatalis* FABR. E. S. II. 87. BURM. Handb. II. 2. 765. WALK. List. Neur. III. 510. ♀.
4. *Cænis* sp. in collectione adest sed valde læsum et descriptu ineptum. Caput et pedes desunt. Alæ vitreæ, pallidæ, nec infuscatæ, nervis 2 costalibus nigro-fuscis, reliquis pallidis. Abdomen supra fuscum infra album, filamentis albis, minime pilosis. *C. discolor* BURM. non esse potest.

### III. HEMIPTERA.

1. *Aethus indicus* DALLAS. List. I. 114. *Ae. perosus* STÅL. Hem. Afr. I. 23. Specimen unicum.
2. *Dismegistus fimbriatus* THBG. STÅL. Hem. Afr. I. 28. Specimina plura.
3. *Callidea Dregii* GERM. STÅL. Hem. Afr. I. 42. Specimen unicum mense Septembris captum. Specimen alterum in collectione adest, forte varietas hujus speciei. Articulus primus antennarum secundo longior, tertio multo brevior et tertius secundo duplo longior nec non margo lateralis ventris immaculatus, omnino ut in hac specie. Color fere eadem, sed caput cum thorace chalybeo-coeruleum; limbus lateralis thoracis usque ad angulum cinabarinus; thorax vittis 2 gracilioribus mediis cinabarinis; caput unicolor; limbus totus cum vitta media scutelli late chalybeo-coeruleus; maculæ 6 scutelli nigræ sed majores; color antennarum, pedum, pectoris et ventris omnino ut in speciminibus typicis.
4. *Sphærocoris punctarius* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 49. var. a. b. c. Specimina plura.

5. *Sergia obscura* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. I. 58. var. a.
6. *Sergia illota* STÅL. Hem. Afr. I. 58.
7. *Glypsus conspicuus* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 64.
8. *Macrorhaphis tristis* H.-S. STÅL. Hem. Afr. I. 65. Specimen die 23 Martii vespere captum.
9. *Canthecona Ylofa* GUER. STÅL. Hem. Afr. I. 67. var. b.
10. *Claudia pavonina* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 75.
11. *Bolbocoris rufus* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 86.
12. *Atelocera foveata* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. I. 97.
13. *Coenomorpha nervosa* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. I. 103.
14. *Paramecocoris vittiventris* STÅL. Hem. Afr. I. 114.
15. *Diploxyis rostrata* FABR. STÅL. Hem. Afr. I. 127. Specimen ad Christianam captum.
16. *Eysarcocoris misella* STÅL. Hem. Afr. I. 135.
17. *Aspavia albido-maculata* STÅL. Hem. Afr. I. 138.
18. *Veterna sanguineirostris* THBG. STÅL. Hem. Afr. I. 154. Specimina plura.
19. *Veterna natalensis* STÅL. Hem. Afr. I. 156.
20. *Cappæa apicalis* H.-S. STÅL. Hem. Afr. I. 165.
21. *Cappæa scapularis* THBG. STÅL. Hem. Afr. I. 166.
22. *Æliomorpha bella* STÅL. Hem. Afr. I. 176.
23. *Agonoscelis versicolor* FABR. STÅL. Hem. Afr. I. 178.
24. *Agonoscelis erosa* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 179.
25. *Bagrada hilaris* BURM. STÅL. Hem. Afr. I. 187.
26. *Nezara viridula* LIN. STÅL. Hem. Afr. I. 193 cum varietatibus. Specimen varietatis *N. orbi* STÅL. mense Martis captum.
27. *Nezara pura* STÅL. Hem. Afr. I. 198.
28. *Platacantha lutea* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 199. Specimen ad Christianam captum.
29. *Antestia variegata* THBG. STÅL. Hem. Afr. I. 202. var. e.
30. *Aspongopus viduatus* FABR. STÅL. Hem. Afr. I. 216. var. c. Specimen ad Christianam captum.
31. *Aspongopus nubilus* WESTW. STÅL. Hem. Afr. I. 218. var. a. Specimina mense Aprilis capta.
32. *Phyllocephala foveata* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. I. 236.
33. *Phyllocephala fasciata* STÅL. Hem. Afr. I. 236.
34. *Schizops natalensis* STÅL. Hem. Afr. I. 242. Specimen ad Waterberg mense Novembris captum.

35. *Mygdonia valga* LIN. STÅL. Hem. Afr. II. 18.
36. *Mictis pectoralis* GERM. STÅL. Afr. II. 31.
37. *Mictis annulicornis* GERM. STÅL. Hem. Afr. II. 38.
38. *Mictis pagana* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. II. 40.
39. *Chærommatius indutus* STÅL. Hem. Afr. II. 62.
40. *Prismatocerus plagiatus* GERM. STÅL. Hem. Afr. II. 66.
41. *Ornytus annulatus* THBG. STÅL. Afr. II. 70.
42. *Cletus varius* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. II. 78.
43. *Theognis membranaceus* FABR. STÅL. Hem. Afr. II. 86.
44. *Nariscus cinctiventris* GERM. STÅL. Hem. Afr. II. 101.
45. *Corizus truncatus* THBG. STÅL. Hem. Afr. II. 117. FIEB. Eur Hem. 234.
46. *Lygæus famelicus* FABR. STÅL. Hem. Afr. II. 126. WALK. Cat. V. 52.
47. *Lygæus rivularis* GERM. STÅL. Hem. Afr. II. 132. WALK. Cat. V. 53.
48. *Lygæus trilineatus* FABR. STÅL. Hem. Afr. II. 132. WALK. Cat. V. 53.
49. *Lygæus tæniatus* STÅL. Hem. Afr. II. 133. WALK. Cat. V. 54.
50. *Lygæus elegans* WOLFF. STÅL. Hem. Afr. II. 134. WALK. Cat. V. 53.
51. *Lygæus concinnus* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. II. 137. WALK. Cat. V. 53.
52. *Lygæus fasciiventris* STÅL. Hem. Afr. II. 140. WALK. Cat. V. 51.
53. *Nysius binotatus* GERM. Specimen valde læsum ad Christianam lectum forte hujus speciei.
54. *Beosus apicalis* DALLAS. STÅL. Hem. Afr. II. 165.
55. *Dermatinus limbifer* STÅL. Hem. Afr. III. 12.
56. *Dermatinus notatus* n. sp. niger, supra punctulatus, apice summo scutelli anguloque postico limbi lateralis thoracis infra flavo-albidis; thorace, scutello hemilytrisque pilis brevissimis rarioribus flavis depressis; pedum anticorum femoribus inermibus tibiisque interdum plus minus ferrugineis. Long. 6—8 millim.  
Specimina ad Waterberg mense Novembris et ad Christianam lecta.
57. *Dysdercus supersticiosus* FABR. STÅL. Hem. Afr. III. WALK. Cat. V. 184.
58. *Deræcoris* sp. Specimen male conservatum et descriptu ineptum.



59. *Eurymecoris tabescens* STÅL. Hem. Afr. III. 22.
60. *Brachytrypis australis* n. sp. virescente flavo-fulvida, limbo laterali thoracis pallide flavo, vittis duabus thoracis remotis obsoletis fuscescentibus, apiceque rostri nigro; hemelytris pallidioribus vitta obsoletissima virescente; articulo secundo antennarum primo fere quadruplo tertioque plus duplo longiore, tertio primo longiore, quarto tertio nonnihil brevior et primo nonnihil longiore. Long. 7 millim.
- Specimen unicum. *B. calcaratæ* affinis. Calcaria femorum posticorum omnino ut in illa specie. Articuli tarsorum obsoletissime infuscati. Articulus primus antennarum quam in specie memorata crassior et cum articulo secundo magis pubescens. Scutellum speciminis nostri læsum.
61. *Mezira caffra* STÅL. Hem. Afr. III. 35.
62. *Nabis caffra* STÅL. Hem. Afr. III. 41.
63. *Holoptilus lupus* n. sp. testaceus, fusco-setosus, setis superioribus articuli secundi antennarum albidis, lateribus ventris, marginibus segmentorum exceptis, fuscis; hemelytris abdomine paullo longioribus, sordide albido-hyalinis, membrana haud fusco-conspersa, maculis 4—5 oblongis marginis exterioris, macula maxima transversa subquadrata anteriore, marginem exteriorem antrosum attingente, punctoque mox pone illam atris. Long. 7 millim.
- Specimen unicum. A *H. urso*, *H. vulpi* et *H. nebuloso* brevitate hemelytrorum et signaturis mox dignota. Macula magna atra hemelytrorum tantum angulo suo antico marginem exteriorem attingit, et ibi maculam minutam coloris fundi interdum includit. Femora cum rostro plus minus fusco-testacea.
64. *Blapton ramentaceus* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 60.
65. *Vitumnus senicus* STÅL. Hem. Afr. III. 69.
66. *Reduvius rufus* THBG. STÅL. Hem. Afr. III. 78. Specimen ad Christianam lectum.
67. *Reduvius erythrocnemis* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 78.
68. *Reduvius segmentarius* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 79.
69. *Reduvius albo-pilosus* SIGN. STÅL. Hem. Afr. III. 81. Specimen unicum.
70. *Reduvius violentus* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 82.
71. *Reduvius puberulus* STÅL. Hem. III. 85. Forma typica.
72. *Coranus oblongiceps* STÅL. Hem. Afr. III. 94.
73. *Ramphidosoma majus* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 98.
74. *Ectrichodia crux* THBG. STÅL. Hem. Afr. III. 106.
75. *Ectrichodia patricia* STÅL. Hem. Afr. III. 107. Ad Waterberg mense Novembris lecta.

76. *Acanthaspis* sp. Specimen læsum hujus generis ad Christianam lectum.
77. *Bæbius caffèr* STÅL. Hem. Afr. III. 155 ad Christianam captus.
78. *Oncocephalus Stålii* n. sp. pallide testaceo-stramineus antennis concoloribus; lineis 2 gracillimis supra in capite, linea utrinque ante oculos, maculis 3 pone oculos, macula magna occipitis, vitta media dorsali vittaque in utroque limbo laterali thoracis, macula in medio partis inferioris rostri ejusque apice, lineola clavi, macula cellulæ sexangularis corii, puncto basali maculaque elongata areolæ exterioris membranæ, apice femorum posticorum late, vittulis plurimis confluentibus, apicis femorum reliquorum, macula interiore basali tibiæ, stigmatibus nec non maculis irregularibus pectoris atris; clavo versus apicem, corio postice ad suturam clavi membranæque infuscatis. Long. 16 millim.

Specimen unicum. Margo lateralis thoracis fere in medio tuberculo minuto armatus. In dorso thoracis inter tubercula illa lateralia tubercula adhuc minora adsunt. Articulus primus antennarum parte anteculari capitis brevior. Articulus primus rostri secundo nonnihil brevior. Anguli laterales thoracis acuminati. Hemelytra abdomine breviora atque paullo angustiora. Femora antica incrassata. Tibiarum præsertim anticarum apex niger. Color scutelli speciminis nostri suspectus videtur.

79. *Laccocoris limicola* STÅL. Hem. Afr. III. 178 ad Christianam lecta.
80. *Appasus luridus* GERM. STÅL. Hem. Afr. III. 184 eodem loco captus.
81. *Laccotrephes grossus* FABR. STÅL. Hem. Afr. III. 186 in terra Maraboo lectus.
82. *Anisops perpulcher* STÅL. Hem. Afr. III. 192.
83. *Corisa irrorata* FIEB. Sp. Gen. Cor. pag. 18. n. 9 ad Christianam capta.
84. *Corisa meridionalis* n. sp. fusca; pronoto subtilissime rastrato, margine lineisque 8 integris flavis; clavo subtilissime rastrato, lineis baseos subparallelis aut furcatis figurisque reliquis sigmoideis flavis; corio membranæ figuris irregularibus undulatis, plus minus confluentibus, flavis; hemelytrorum costa et membranæ margine interno late pallidis absque figuris coloratis; capite subacutangulo corpore infra ochro-leucis; tarsis pedum posticorum vitta subfusca supra notatis; xypho brevi; palis brevibus cultratis, apice non arcuatis. ♀. Long. 7 millim.

Præcedenti affinis at major, capite fere acutangulo nec obtuse angulato mox distincta. Lineæ pronoti integræ. Carina ejus antice sat distincta, sed postice evanescentis. Margo interior membranæ late pallidus, pellucidus, fere absque signaturis,

nec concolor ut in præcedente. Margo ejus exterior concolor, nec late fuscus. Specimen ad Christianam lectum.

85. *Platypleura Wahlbergi* STÅL. Hem. Afr. IV. 13. Ad Pretoriam mense Decembris specimen captum.
  86. *Platypleura guttulata* SIGN. STÅL. Hem. Afr. IV. 14. Ad Christianam specimen lectum.
  87. *Platypleura Haglundi* STÅL. Hem. Afr. IV. 14.
  88. *Melampsalta leucoptera* GERM. STÅL. Hem. Afr. IV. 44.
  89. *Melampsalta variegata* OLIV. STÅL. Hem. Afr. IV. 44.
  90. *Lœcris arithmetica* WALK. STÅL. Hem. Afr. IV. 58. Specimina mense Martii capta.
  91. *Clovia callifera* STÅL. Hem. Afr. IV. 77.
  92. *Dictyophara Rochelii* GUER. STÅL. Hem. Afr. IV. 155.
  93. *Gyaria Walkeri* STÅL. Hem. Afr. IV. 247.
-